

JOH. HULSEMANNI,  
Doctoris Theologi in Academia  
Wittebergensi;  
*METHODUS CONCIONANDI,*  
auctior edita,  
*Cui accesserunt Ejusdem Autoris*  
*METHODUS STUDII THEOLOGICI, IN*  
privatum quorundam usum conscripta;  
*NEC NON*  
Doctoris JOHANNIS FORSTERI,  
Methodus ac formulæ concionandi,  
*Ejusdemq; &*  
D. D. LEONHARTI HUTTERI, ac  
BALTHASARIS MEISNERI  
*Celeberrimorum quondam in eadem Academiâ*  
*Doctorum & Professorum*  
*CONSILIA*  
*De studio Theologico, & lectione Biblica recte*  
*instituendis,*  
Ob argumenti similitudinem in unum volumen  
collecta; & impressa.  
*Editio Tertia;*  
Cum Gratia & Privilegio Sereniss. Elect. Saxon.  

---

WITTEBERGÆ,  
Impensis JOHANNIS BERGERI, Bibliop.  
Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.  
ANNO M DC XLVIII.

1266

2



SPEI PATRIÆ,

&

FUTURO ECCLESIAE ORNA-

MENTO: COETUI

OCTOGENORUM

ALUMNORUM,

ELECTORALI MUNIFICENTIA,

In Universitate Wittebergensi,

Veritati, quæ secundum pietatem est,

operam danti,

FACULTATIS PHILOSOPHICÆ

Adjunctis, Magistris, & Studiosis

cæteris

JOHANNES HULSEMANNUS D.

& cætus illius Inspector,

ORATORIAM HANC

Sacram,,

Cum prolixâ salutarium profectum ap-

precatione nuncupat.

---

SPES PATRIÆ,

Amici dilecti,

Quanta sit Ecclesiasti-  
cæ Rhetoricæ vis , quanta  
ad persuadendam fidem u-  
tilitas, in commovendis animis fe-  
licitas

## PRÆFATIO

licitas in rectè secando veritatis verbo, (*2. Timoth. 2. v. 15.*) dexteritas, quanta ad docilitatem, præcipuum Doctoris requisitum, (*ibid. v. 24. 1. Timoth. 3. v. 2.*) necesitas, iis persequi solenne est, quibus absque suspensâ hederâ non venire vinum metus est. Tot clarissima Ecclesiae lumina, quæ consequentibus invicem seculis, eloquentiæ suæ radios ex mystico candelabro proferunt; isti irrefragibili sermonis vi intonantes tonitruorum filii (*Marc. 3. v. 17.*) ille stupendo verborum pondere penetrans Gentium Apostolus (*Actor. 9. v. 21. 22.*) Hic præstanti eloquentiæ semine ferax Apollo (*Act. 18. v. 24. 1. Corintb. 3. v. 6.*) is, disertâ orationis effigie politus Basilius, sententiarum acumine pungens Nazianzenus Gregorius, aureo verborum flumine exundans Chrysostomus, omnes eloquentiæ numeros superans Hieronymus, dicendi artificio

*AD STUDIOSOS.*

ficio facillimus omnium Cyprianus, gravi sermonis armaturā incendens Ambrosius, tam sacræ, quam profanæ Rheticæ princeps Augustinus, tot eloquio uberes Gregorii, tot admirandi persvasionibus Bernhardi, tot incomparabiles facundiâ Lutheri, & quotquot unquam rugitu Leonis nostri bestias agri terruerunt; possunt, debent quemcumvis, etiam illum, qui ad divinos ignes planè obriguit, inflammare, ut, quam exæquare sermonis excellētiam desperat, eam proximè tamen imitari contendat.

Quanquam enim de primis Evangelicæ facis Daduchis negari nequeat, quin hi, post habitu humanae eloquentiæ artificio, superveniente Spiritu Sancti gratiâ, protinus in lingvas igneas exarserint, nec unquam conductis Rhetorum sufflaminib⁹, mortalium mentes ad divina succenderint; Nemo etiam Christianus

## PRÆFATIO

stianus in controversiam venire patiatur, quin Spiritus Sanctus orationis sacræ potissimum sit efformator; Compertum tamen est, quod Apostolorum successores, sive faciles sermonem, seu oratione graves fuerint, imploratā cum primis Spiritus Sancti gratia, præceptorum dicendi artificio naturam juverint, promoverint, perfecerint; Nec quisquam unquam ex dicendi felicitate nomen sibi perperisse legatur, qui non ante Rhetorum alveolos mirā sagacitate excusisse commemoretur. Quemadmodum de *Magno illo Basilio*, ejusq; Germano. Nysseno Gregorio, de *Cypriano*, de *Chrysostomo*, de *Ambroso*, vita illorum Scriptores, & Tripartia (*Socrates lib. 4. hist. cap. 26.* *Evagrius lib. 4.c.16.5c.*) contestantur. De *Tertulliano*, *Victorino*, *Augustino* palam est, quod antequam inter Orthodoxos nomina sua professi sunt, profanā dicendi arte, victum & honores

## AD STUDIOSOS.

nores quæsiverint (*Euseb.lib.2.histor.  
cap.2. Augustinus Confess.lib.8. cap.2.  
lib.5. cap.12. &c.*) B. quoque *Hieronymum* in quadam *ad Ruffinum Episto-  
la*, quiritantem meminimus, quod  
ob positum in teriore eloquentia  
studium, non *Christianus* sed *Cicero-  
nianus* à balbutientib⁹ appellaretur.  
Horum sanè, tant⁹ in Ecclesiā lau-  
de decantatorum Virorum solertia,  
quam Rhetorum artificiis, tanquam  
Ægypti spoliis, ad structuram sacri  
tabernaculi impendebant, nil quic-  
quam eorum animos à concitatio-  
re Spiritus Sancti im petu remorata  
est, (quomodo nonnulli, artis igna-  
ri, fervorem Spiritūs hac ratione  
in se sifeti metuunt;) Sed, re mature  
deliberatā, id animum indaxerunt,  
se hujus artis subsidio, sensus à Spi-  
ritu Sancto ingestos, composito ma-  
gis & evidenti sermone, auditorum  
animis instillare posse; nec ideo un-  
quam sanctitate, quam eloquentia

## PRÆFATIO

---

inferiores audiverunt, Ista vero ex-  
Antiquitate lumina, quantum ad  
luscitandum in animis nostris simi-  
lem ardorem valere debeant, stu-  
dium mili foret, vos commonefa-  
cere, si putarem, insigne illud Apo-  
stoli monitum, cuiuspiam vestrum vel  
non lectum, vel neglectum esse: Si  
qua virtus, se qua laus discipline. Hæc  
cogitate, hæc agite, Philip. 4. v. 8.

Accedit adhæc, Adversariorum  
nostrorum in hac dicendi peritiâ  
non segne, quanquam infelix stu-  
dium, & intolerabilis jactantia: Ac si  
nostrî homines vix vultum ipsorum,  
nendum verborum pondus sustinere  
audeant: Quod probri gen⁹ veracu-  
tos generosis mentibus infigere so-  
let stimulos. Jactat Lud. Granatensis  
(Concione I. Dominic. 6. post Trinitat.  
suum quendam in Galliis Amboni  
tribam, quem mancipia ejus, aurea  
catena ex lingua pendente depinxerint,  
quod videlicet tam suavi eloquio, audi-  
tores

## AD STUDIOSOS.

tores suos, quo vellet, quasi vinculos traheret. Gloriatur identidem de quodam suo complice *Vincentio* (Domin. 4. ibid. conc. 2.) quod profligatissimum orbe hominum, septuaginta tria millia (Bellarmine veritati diffisus, numerum hunc contrahit, ad virginique millia, 4. de notis Eccles. notâ 9. §. penult.) sermonis vehementia eâ adegerit, ut publicè terga flagellis ceciderint, & non raro velut verborum ejus fulmine iecti, adeo fuerint stupefacti, ut in medio auditorio sublato clamore gravissima etiam peccata confiterentur. Cornelium Mussum, Episcopum Bitontinum, Sixtus Senensis (L. 4. Biblioth. l. t. C.) & Bernardinus Temitanus (in panegyrico) perquam magnificis verbis evehunt, quod duodecimo etatis anno, publicum sacrarum declamationum munus aggressus sit, tantâ omnium Italie urbium admiratione, applausu, & audiendi desiderio, ut ad pueri conciones, velut ad insueta

## PRÆFATIO.

miraculorum spectacula, innumerabiles populorum fierent concursus. Cujus etiam eloquentiæ viribus, tantum non planè tribuunt, quod ad declamationem hujus Rabulæ, in Conciliabulo Tridentino, de persecutionibus & victoriis Ecclesie habitam, Imperator Carolus Quintus Lutheranos hereticos, admirabili, ut isti censem. Ad albitum pretio fuderit, ac prostraverit. Quomodo & passim suos Stentoras, quos Indorum vocant Apostolos, nostris hominibus infinitis numeris disertiores faciunt, utpote, qui velut ex glebâ pede percussâ, tot verborum fulmina in nostros concitare possint, quot glebâ atomos excusserint. Cujusmodi ja-  
stantiæ apud Ribadeneiram in vita Lojolæ (lib. 2. cap. 18, 19. lib. 4. cap. 7, 8. seq.) Trigaultium, passim in Epistolis Indicis, Bonarschium, in Amphitheatri lib. 2. cap. 13. & alios, nullus modus aut metus est.

Quam

## *AD STUDIOSOS.*

Quam tamen insolentiam Monachorum, ad Φιλονεκίαν factorum, perferre, utcunque aut veluti mulorum invicem scabentium ruditus, præterire possemus, nisi extrema illa impudentia, in extenuandis Orthodoxorum virorum, hac parte felicitate exantlatis laboribus, Sectæ istius insaniam porrò deregendam urgeat. Videlicet, quicquid dictum salubriter, aut scriptum nervosè, ad efformandos Christianorum mores, à nostris hominibus unquam prodiiit, id τοῖς ἐξ ἀντίας vile, id abjectum, id insipidum, rude, distortum, exsuccum atque exsangue proclamat. Nihil acuminis, nihil ingenii, nihil solertia vasis adversariorum codicibus reperiri affirmo, scribit ad Chamerum, Jesuita Armandus epist. p. 8. Apud hereticos, cum scribendorum librorum nullus sit finis, nihil tamen prodire, quod ad pietatem morumq; faciat reformationem, ait: prefatio in Duce pecca-

## PRÆFATIO

peccatorum Ludovici Granat, & paulo  
post: si qui inter eos sunt, inquit, qui  
de novâ obediencia quid tradunt, &  
verbis peregrinis atq[ue] inflatis vite no-  
vitatem prædicent, faciunt id quam  
frigidissime. Persuadeo mihi plane,  
scripsit superciliosus Jesuita, Gre-  
gorius de Valentia; Herbrandum  
eiusque socios Theologos esse simplicissi-  
mos, simplicitate non columbinâ, sed  
illa pecorinâ, quam Apostolorum prin-  
ceps Petrus 2. Epist. c. 2. ejusdem farine  
hominibus jure tribuit: lib. 2. Apolog.  
pro Idololatria cap. 1. §. Quod igitur  
Lutherum suis loquacitatis, nihil soli-  
de doctrinæ attulisse, ait Bellarminus  
lib. 1. de Christo cap. 9. Quibus dicte-  
riis longè atrociora ex Scioppi Ec-  
clesiastico cap. 51. seqq. Gretseri Satyrâ,  
in Aratorem, ut vocitat, Witteber-  
gensem scripta, & similibus passim fa-  
miosis Papistarum libellis, innume-  
ra excerpere est.

Quod si Davidem, et si non satis  
firma-

## *AD STUDIOSOS.*

matâ ætate esset, Gloriosi istius militis insultatio sic exstimulavit, quam didicerat fundâ jaciendi artem eam, in salutem aciei Dei viventis, & perniciem infrunitæ frontis ut exerceret; Quem non animum, paullô supra vulgi inertiam assurgentem, adversariorum ista insolentia ad justam excandefcentiam provocabit, ut sudet, quantum potest, quô probè excussâ orationis fundâ, ferreas adversariorum frontes configat: eamque, cuius se vibrandaë Magistros jactant, divini sermonis romphæam pertinacium cervicibus infligat, adeoq; & nostra tela cuspides habere demonstret.

Distentas inani sono buccas, & vocum novitates, sacrâ concione omnino ex esse volumus; nec Rhetoricas, quasi pro Rostris, concertationes designamus; Ista enim omnia hominem Dei vel maximè dedecere, scimus (*ex I. Cor. 4. v. 19. I. Timoth.*)

## PRÆFATIO

---

*moth.6.v.20. 2.Timoth.2. v.16.)* Saltem  
hoc operæ premium deducimus, quia  
rerum ac verborum illa sylva in cō-  
muni posita, & idem jus nostræ secu-  
ri est, ne rasos illos spermologos  
quāpiam in re, quæ honesta sit, pal-  
mam nobis præripere patiamur.

Atque hæc potissimum ratio me  
movit, ut Vobis, fidei meæ (utinam  
firmæ satis!) commissis, orationis  
hanc sacram nuncuparem. Cum,  
quod peculiari quodam nexu studi-  
is Vestris adstrictus sim; tum, quod  
plerique Vestri cœtus, qui praxeos,  
hac *σκιαγραφία* designatae, pericu-  
lum subiisti hactenus, & subire por-  
rò desideratis, ista qualicunque me-  
letemata mea, typis in publicum  
procudi postulaveritis; tum vero,  
quod vos mihi in primis, in adversa-  
riæ gentis piam æmulationem ani-  
mandi videamini, quos Electoralis  
munificentia in hoc ipsum educat  
ac nutrit, non solum, ut prudentes ac  
fidi

*AD STUDIOSOS.*

fidi Dispensatores familiæ Domini-  
cæ, doctrinæ ac consolationis sacræ  
demensum, suo cuique tempore de-  
tis (*Luc. 12. vers. 42.*) sed ut adversus  
אַנְשֵׁים אֶלְעָזָר quoque יְהוָה מֶלֶךְ  
(*bella Domini*) feliciter depugnetis.  
Cui militiæ quantum conferat, non  
validis solum; sed & perpolitis ac  
coruscantibus armis in hostem pro-  
dire, præsertim ad expugnados du-  
ra plebis animos, unumquemque  
nostrum docet experientiâ, ac me  
demonstrandi negotio sublevat.

Utimini feliciter hâc qualicunque  
meâ industriâ, in quam affectu ma-  
gis qnâm judicio ferri Vos opinor.  
Nec enim adeò non undecunque,  
ex sat multis Nostratiū, de hoc  
argumento editis libris, id fructus  
colligi posse credo, quod uterque  
ex his paginis nobis promittimus;  
ut veniam mihi exorandi sitis,  
secùs si sentiam. Veruntamen,  
quem-

## PRÆFATIO.

quemadmodum pro affectu, vesti-  
um ac librorum Consectoribus lau-  
dem tribuitis, eorumque operā fe-  
licius vos uti posse arbitramini, quos  
diligitis; tametsi *Neuter id efficiat,*  
*quod non effecerit alter;* Ita, si vester  
saltem vos affectus juverit, tametsi  
libelli gratia aut utilitas parium pro-  
moveat, solo illo affectu vestro ju-  
stum tot paginulis precium solutum  
esse, omnino sum gravisurus. Et hæc  
una est, quam, post pietatem in De-  
um, & Serenissimum Evergetam ve-  
strum, Vos deposco gratitudinem.  
Valete ac proficite!

Scribebam die Profesto Michaelis  
Archangelii,

Anno,

Cui Deus Epocham liberatæ  
Ecclesiæ assignet.

M. DC. XXXII.

# ORATORIÆ EC- CLESIASTICÆ,

<sup>Sett</sup>  
Methodi Concionandi

Περὶ εὐρύμαντος.

I.

**O**ratio Sacra est textus cuiusdam Biblici artificiosa, & ad instituendum & arguendum in doctrinæ, ad informandum & corrigendum in moribus, ad consolandum denique apta dispositio, & enunciatio.

*Oratio Sa-  
cra quid.*

2. Concio dicitur, vel propriè quivis cætus, concitatus & coactus ad audiendum, à *Conciendo*: Vel *Metaleptice*, sermo de rebus divinis ad cætum convocatum habitus. Isque *Indefinitus*, de pluribus vel paucioribus capitibus fidei & morum: Quo sensu idem nota, quod quævis instructio in doctrina & moribus, atq; idem est: quod *Catechesis*: quomodo Prophetæ & Apostoli ad suos auditores conciones habuere, vel quomodo nos homini Ethnico & infideli concionamur, antequam

A

ad

ad religionem Christianam adducatur; vel finitus, & adæquatus certis quibusdam verbis è sacro codice prælectis. Quo sensu textus cujusdam Biblici enarrationem significat.

**Concionis cause.** 3. Concionis, caussam Efficientem principalem, quæ est Spiritus S. & proximam, quæ ordinariè est vocatus Ecclesiæ pastor, materialē, quæ est verbum Dei authēticum, finalem, quæ non una est; Subjectum, & ejus dispositionem seu qualitates; objectum & varietatem ejus, compedium facturi præterimus, dicturi solùm de materiae concioni adæquatæ rectâ informatione.

**Materia concionis, quomodo rectè informetur.** 4. Est autem materiae informatio, ejus non solùm recta, & sensui Spiritus S. congruens intelligentia, sed præcipue sensu rectè percepti, ad docendum accommoda partitio, digestio, & ad unius, vel plurium conclusionum deductionem applicatio.

**Materia concionis quæ, qualis, & quotuplex.** 5. Circa quam præsupponimus primò, eam, secundum Concilii Laodiceni Canem 20. non nisi textum quendam Biblicum fore, vel statum certis diebus, ut Dominicis, vel festis ordinariis; quales sunt pericopæ Evangeliorum & Epistolarum; vel electum, i. pro ratione diversi temporis, quo

quo peculiaris quædam festivitas indicatur, quales sunt pro diversitate locorum, cōciones Eucharisticæ, vel supplicatoriæ, conciones electitiæ pro tempore messis, vindemiæ, pestis, belli, famis, tonitruorum &c. cōciones valedictoriæ, initiales, aut gratulatoriæ; vel 2. pro ratione singularum personarum, ut sunt conciones inaugurales Principum, Doctorum, Pastorum, Conjugum, recens baptisatorum, & funebres defunditorum; vel 3 pro ratione singularis loci, ut in encæniis templi, scholæ, novarum ædium, & cōciones similes. Quales verò sint illi textus singulatibus personis, tempori, & loco convenientes, designavit B. Balduinus Ideæ part. 2. cap. 14. 15. & seqq. & pender à cujusq; industria.

6. Secundò præsupponimus, fore materia concioni adæquatam, v. gr. historiam unam, aut ad summum duas, sententiam unam, periodum aut vocem, de qua sermo instituendus sit; Librum enim integrum Biblicum disponere, quæ ejus summa sit, quæ partes, ad quam partem libri hoc caput, ad quam partem capititis, materia concionis pertineat; in præconitis cujusque dispositionis Biblicæ traditur,

ditur, quam in futuro concionatore hic prærequirimus. Videri potest de hoc negotio *Sixtus Senensis Bibliothec. lib. 3. titu-*  
*lo: de usu & utilitate historiæ: tit. de partitio-*  
*ne, & tit. de Scholasticâ methodo.* Bald.  
*Ideæ part. i. cap. 3. part. 2. cap. 2. & seqq. Po-*  
*lanus meth. conc. cap. 4. Bucanus in Eccle-*  
*siaſt. pag. 24.*

*Materia  
cognitio  
literalis.*

7. Tertiò, præsupponimus cognitiō-  
 nem textūs Grammaticam in utraque ori-  
 ginali lingua, vel saltem cohæsionem &  
 scopum ejus in lingua vernaculâ; Hâc  
 enim non procedente, quia intellectus  
 concionatoris de rei ipsius naturâ infor-  
 matus non est, fieri non potest, ut secun-  
 das notiones, quales sunt in concione Ge-  
 nera Causalium, connexiones, & doctri-  
 næ, è textu elicere, & auditori proponere  
 rectè possit.

8. His igitur positis, de cuiuscunque  
 dicti Biblici, juxta leges Ecclesiasticę Rhe-  
 toricę, efformatione, & ad persuaden-  
 dum auditorem idoneâ dispositione, di-  
 gestione, & pronunciatione pauca præli-  
 babimus, dicturi primò de concionis Sa-  
 cræ formâ informante, deinceps de ejus-  
 dem forma assistente.

I. Forma

I.

*Forma Informans* concionis, est ejus- *Forma In-*  
*dem secundum omnes partes essentiales, formans*  
*vel absolutus in mente cōceptus, vel con-* *concionis.*  
*iecta in chartam, aut impressa memoriæ,*  
*vel dicta coram populo dispositio.*

2.

Eaque est vel *Communis* omnibus con-  
*cionum materiis, vel adæquata diversis*  
*dicendi generibus.*

3.

*Communis* est, quæ dat esse omni con- *Communi-*  
*cioni, ut sit sermo sacer ad persuadendum* *nis.*  
*auditorem sufficiens, & ordinatus.*

4.

*Forma adæquata*, est materia dicendæ,  
*secundum certum genus causæ, vel unum,*  
*vel aliquot simul, accommoda dispositio.*

5.

*Forma communis*, quia cuilibet formæ *Forma*  
*adæquatæ inservire potest & debet, quod adæquata.*  
*vice versâ non fit, ideoq; inquirenda no-*  
*bis primùm est efformatio concionis ad-*  
*communem formam, deinceps ad-*  
*certum genus Causæ ad-*  
*aptatio.*

## CAPUT I.

De Forma informante con-  
cionis communi.

*Media in-  
formande  
concionis  
commu-  
niæ.*

1. Constituitur forma concionis com-  
munis, tripliciter: scil. ex *analyſi textūs*,  
*Grammatica*, *Logica* & *Rhetorica*.

*Analysis  
Gramma-  
ticae.*

2. *Analysis textūs Grammatica* est singu-  
larum vocum expositio, unde argumenta-  
definitiva & distributiva sumuntur.

3. *Analysis Logica* est de vocum singu-  
larum & periodorum connexione aut dis-  
junctione judicium, argumentatio & con-  
clusio.

*Rheto-  
rica.*

4. *Analysis Rhetorica* est sensus ex textu  
percepti deductio seu amplificatio.

5. *Analysis Grammaticæ*, ut & *Logicæ*  
cognitionem in futuro Cōcionatore præ-  
supponimus; ex præsuppositis verò quam  
plurima argumēta pro informanda con-  
cione derivari possunt, non minùs, quam  
pro informandâ oratione quavis vulgari,  
depromi exinde solent.

*Uſus Ana-  
lyſis Logi-  
ca &  
Gramma-  
ticae.*

6. Sive enim res sit, sive persona, de  
quā instituenda concio est, argumenta-  
tām probantis, quam amplificantia acce-  
ſere

fere licebit, 1. ab *Etymologia*, seu notatione nominis, quam comitantur *Synonyma* & *equivocatio* vocabuli; vel 2. à *definitione*, *genere*, *specie*, *differentia*, *proprio*, *accidente*, quod est vel precedens rem aut personam, vel concomitans, vel consequens, idque necessarium, vel contingens. 3. à *distributio-*  
*nre* *rei* in totum & partem, & enumera-  
*tione* *partium*, *distributione* in *Causam* &  
*Effectum*, quibus & quotuplicibus causis  
*constet*, quales & quotuplices effectus ha-  
*beat*? à *Subiecto*, cui in sit, ab *Objecto*, circa  
*quod* agat; à *fine*, cur egerit, à *modo*, quo  
*quid* evenerit, vel quispiam *quid* egerit.  
4. à *Comparatis* vel affirmativis, ut; à pari,  
à simili, ab exemplo. Vel à comparatis ne-  
gativis; ut ab *Impari*, à dissimili, *majori*,  
*minori* &c. 5. ab *Opposito*, deductione factâ  
per species *Oppositorum*, *Disparata*, *Con-*  
*traria*, *Contradicторia* & *Privativa*. 6. à  
*testimonio*, vel *divino*, ut sunt vel dicta scri-  
*pturar*, vel apparitiones *divinæ* in *scriptu-*  
*ris* *consignatæ*, Aut *humano*, ut sunt dicta  
*Patrum*, exempla *sanctorum*, vel experi-  
*entia ipsa*.

7. Hæc argumenta ad informatio. *Argumen-*  
*ta* *cujuscunq*; *thematis* *quocunq*; *tem-* *analyse*:

*Gramma-  
ticæ & Lo-  
gicæ quo-  
modo ac  
commoda-  
ri posſint.*

pore inſervire poſſunt; ſive enim ſimplex thema ſit, poterit deduci per ſingulos has Inventionis locos, ſive compositum ſic, diſpeſci poſteſt in Subjectum & Prædica- tum & horum utrumque primò per dictos locos deduci; deinde, ſi thema affirmati- vum fuerit, ex iisdem probari, ſi negati- vum, ex iisdem negari.

*Declam-  
tur exem-  
plo, paſſio-  
ni Domi-  
nicæ.*

8. Exemplo ſit thema ſimplex v.grat. *Christi paſſio:* Antequam hanc quis ac- commoderet ad certum genus Cauſæ, id eſt, antequam eam uſurpet, vel ad docendum tantum, vel ad arguendos hereticos, vel ad informandos mores, vel ad castiganda vi- tia, vel ad conſolandum afflitos, poſteſt dicturus in genere, de paſſione Christi, eam primo deſcribere à noſtione neminiſ, quid ſit paſſio? ſc. illata vel ab aliis inju- ria, vel subtractum à patiente ipſo benefi- cium; ita enim Christus paſſus eſt, ut & ab aliis injurias perferret; & ſibi ipſi delicias carnis in eſu & potu, ſomno & vigiliis, ap- petendis honorib⁹ & declinandis oppro- briis subtrahere. 2. à Synonymiā; quod aliás paſſio Christi, vocetur exaltatio à ter- ra Joh. 3. v. 14. cap. 12, 32. abitus ad patrem Joh. 23, 1. &c. 3. ab equivocatione; paſſio- nem

nem sc. aliquando significare inordinatio-  
nem & vehementiam affectuum, talem  
verò in Christo non fuisse, sed illatam ab  
aliis injuriarum. 4. à *definitione*, quod sit  
promptissima & voluntaria subitio legis,  
& toleratio iræ ac pœnæ divinæ peccatis  
nostris debitæ. 5. à *genere*; passio enim est  
receptio motus ab alio, ita quoque Christus  
passus est se moveri, seu exerceri à Deo  
patre per impositionem nostrorum delicto-  
rum; à Diabolo per temptationem: ab ho-  
minibus per quasvis afflictiones in histo-  
ria Evangelica designatas. 6. à *specie*; pas-  
sionis Christi multiplices esse species; re-  
censendo totam Christi vitam, paupercu-  
lam nativitatem, periculum in prima in-  
fantia, fugam in Ægyptum, inopem edu-  
cationem, abjectam sortem, & reliquæ,  
qua Christus vel nostri causâ egit, vel tu-  
lit, percurrente. 7. à *differentia specifica*;  
hoc peculiare inesse passioni Christi, quod  
sit meritoria, quod ratione subjecti, sit  
τραχεῖς, Deiq; incarnati passio: quod  
nullius hominis cuicunque, perpersioni  
inest. 8. à *proprio*; quod fuit voluntaria,  
quod perfecta, & sine peccato, quod pro  
inimicis suscepta. 9. ab *accidente*; eoq; vel

præcedente; quod passio hæc jam olim in  
Paradiso fuerit prædicta, Patribus sæpe  
repetita; typis & sacrificiis præfigurata;  
vel concomitante, quod fuerit quoad exter-  
nam speciem in gloria, in trigesimum  
quintum ætatis annum dilata, discipulis  
incredibilis, hostibus exorata, &c. Vel  
consequente; quod dolorem amicis incus-  
sive, scandalum hostibus, admirationem  
gentibus, stuporem spectatoribus, item  
Christianis &c. 10. à distributione in totum  
& partes; tota Christi vita fuit passio, sin-  
gulè ferè actiones voluntariæ fuerunt par-  
tes passionis Christi pro nobis, quod de-  
duci potest ex dictis & factis Christi. 11. à  
distributione in causas; Causa suprema amor  
Dei erga nos, quo ductus, secundam ado-  
randæ Trinitatis personam incarnari &  
pro nobis pati voluit; Causa occasionalis  
fuit hominum miseria, causæ ministeriales  
fuerunt Diabolus, Judas & Judæi crucifi-  
gentes. 12. à distributione in Effectus; proxi-  
mus & necessarius est redemptio ex pote-  
estate & jure peccati, mortis, Satanæ, quod  
merito transgressionum in nos obtinue-  
rant, & impetratio favoris seu benevolen-  
tiæ divinæ; Consequens, est jus & accessus  
noster

noster ad beneficia Dei, spiritualia & æternæ, de quibus circa respectum ad Christi passionē nihil nobis spei reliquū erat. *Secundus*, legis divinæ satisfactio pro nobis præstata, ut nemo hominum nunc amplius teneatur per legem pro peccatis Deo satis facere, Eph. 2.v.15. *Tertius*, vocatio ad gratiam Dei per verbum & sacramenta, Luke 24, 47. *Quartus*, actualis restitutio in gratiam Dei, & quæ beneficia hanc restitucionem sequuntur, 2. Cor. 5, 19. *Quintus*, abrogatio typorū & ceremoniarum V. T. velum n. Christo passo scissū est, Matt. 27. v. 51. *Sextus*, adunatio Judæorū & gentium in unum corpus mysticū, & disruptio materiae, Eph. 2 v. 14, 16. *Septimus*, Sanctificatio nostrarum passionū, ut faciliores nobis & proficuae sint, Ebr. 4, 15. 2. Cor. 4, 17. *Octavus*, obligatio nostra ad serviendū soli Redemptori nostro, Rom. 14, 9. *Nonus*, glorificatio nostra &c: Rom. 8, 34. seqq. & plures alii. *Unditum* argumentum à subiecto, quod patitur: non Angelus, non Patriarcha, non Propheta, non Apostolus, Vel recensendo personas; non Abraham, cui Deus alias multum tribuebat, Gen. 12. v. 3. Non Moses aut Samuel, non Noah, Job aut Daniel,  
 qui

qui aliás multum apud Deum poterant  
*Jer.15.v.1. Ezech.14.14. & 20.* non Petrus vel  
Paulus i. *Corint.1.v.13. &c.* Vel typos; non  
hircus aut vitulus, qui olim solebant me-  
dium esse expiationis; Sed DEUS ipse:  
non Pater, non Spiritus Sanctus, sed uni-  
genitus Dei Filius, secundum carnem, in  
unitate personæ passus est, *i. Pet.1. vers.19.*  
*Ebr.9. v.14.* 14tum ab objecto, in quod pas-  
sio Christi tendit, quoad satisfactionem,  
in Deum; quoad redemptionem, in homi-  
nes, quoad terrorem, in Diabolum, quoad  
dominium, in mortem. 15tum à fine, cur  
Christus passus sit? ubi primò recurrit in-  
tentio omnium illorum effectuū, de qui-  
bus parag. 12. dictum est; secundò, ut hoc  
ordine servato ad dextram Patris cōside-  
ret, *Luc.24. v.26. Phil.2. v.9. & 10. 3.* ut nōbis  
exemplum patientiæ relinquere, *i. Pet.2.*  
*v.21. cap.3. v.18. cap.4. v.1.* 16tum à modo, quo  
passus est, sc. i. subjiciendo se legi, præstan-  
do mandata, & omittendo interdicta,  
2. subjiciendo se tribulationibus, pauper-  
tati, fami, ignominia, plagis, &c. 3. subji-  
ciendo se temptationibus Diaboli. 4. subji-  
ciendo se morti ipsi, *Phil.2. v.8. &c. 17*num  
à Comparatis Affirmativis; à typis passionis  
Chri-

Christi, Isaaco, Josepho, hirco emissario &c. 2. Similibus, ut serpente æneo, & aliis. 3. ab exemplis Davidis, Jeremiac, Danielis, & aliorum præfiguratiū suā afflictione Christi passionē. igitur à comparatis negativis; resumendo hæc eadem exempla, quomodo non æquiparētur Christi passioni, neque ob personę dignitatem, neque ob valorem, neq; ob intentionem, neq; ob vehementiam, & quocunque tertio à passione Christi differunt; à Dissimili, non, sicut Sacerdos & Levita præteribant hominem saucium; ita Samaritanus quoque, Luc. X. sed &c. à Minori extenuando omnium piorum tribulationes omnium sacrificiorum virtutes ad hanc passionē: 19num ab Oppositis Disparatis; Christi passio non constitit in voluntaria flagellatione sibi à se ipso illatâ, non in peregrinatione ad loca Sacra, non in discrimine ciborum, non in voto monastico &c. à Contrariis, Christus non ociando, non superbiendo, nō lasciviendo salutem nobis meruit, sed patiendo & sufferendo injurias, crucem, mortem denique ipsam. à Contradicentibus: ubi sunt ii, qui Christum non verè, sed juxta apparentiam passum esse clamitant hæc-

hæretici? ubi, qui non nobis sed sibi pâsum esse somniant? à Privantibus, Christi passio non fuit occultatio solum, latenter à se usurpatæ majestatis, nam quâ patiebatur, non simul sedebat ad dextram Patris, sed verè exinanitus, renunciabat ad tempus majestati suæ, Philip. 2. v. 7. Vigesimum à testim. divino Externo, ut vaticiniis de futuro, de quibus 1. Petr. 1. v 9. Esa. 53. & 63. &c. testimoniis de presenti; qualia sunt Evangelistarum & Apostolorū: Testimoniis de præterito, qualia sunt Luce, & Pauli, qui non fuerunt spectatores, sed de re præterità testificantes; vel etiam à testimonio Spir. Sancti interno, quo cōvincit quemlibet fidelē, Christum verè pro nobis mortuum esse, Joban. 3. v 33. 2. Cor. 5. v. 14. vigesim. à testim. humano, eoq[ue] vel Ecclesiastico, quale est antiquorum patrum Ecclesiæ; vel profano, quale erat Cēnturionis Matth. 27, 54. Agrippæ Act. 26, 28. Josephi historici, Senecæ, Svetonii & aliorum, qui de mortuo Christo testantur. 22dum ab experientiâ; consensus universi orbis testatur, conscientia cuique sua dictitat, non posse esse falsum, quod Christus mortuus sit. Agnoverunt Turcæ, confitentur Judæi,

non negant gentes, ut, humanitus dicendo, nullum porrò subesse possit dubium.

9. Eâdem ratione, quælibet vox & quodlibet thema simplex, & multò magis thema, quod dici solet compositum, juxta Subiectum & Prædicatum deduci potest per analysin Grammaticam & Logicam, ac prolixè ita tractari, ut soli voci explicandæ vix una concio sufficiat, quæ natum solùm thematis edoceat, adeoque simpliciter didascalica sit. Experiatur unusque in deducenda Definitione Pecati Originalis, per loca jam commemorata, industriam suam: sentiet, scio, usum hujus analyseos.

10. Est enim hæc analysis commune armamentarium, ex quo argumenta omnia tam probantia, quam amplificantia produci solent, adeò, ut si cuipiam media amplificādi desint, fieri nequeat quin sufficiētia surgant ex hac institutâ analysi, si præsertim natura non vocum saltem singularum, sed & inter se connexarum affirmatio vel negatio spectetur; Quæcunque enim de se invicem prædicantur, ea vel affirmativè, ut causam de effecto, & vicissim; subiectum de qualitate, & viceversa, genus

de specie, & vicissim, prædicari necessum est; Vel negativè, ut oppositum de opposito, Diversum de Diverso, Privationem de habitu &c. quâ  $\chi\epsilon\sigma\delta$  animadversâ, non subjecti solum, sed & prædicati natura per utramque analysin copiosè deduci & amplificari potest.

Declaratur exemplum alio, in antithesi.

ii. Ut, exempli causâ: si thema conditionis sit; *Spiritum Sanctum non inhabitare hominem peccatis deditum*,; quia prædicatum de suo subjecto negativè enunciatur, etymologia Spir. Sancti opponetur etymologiæ hominis peccatis dediti. Equivocatio vocis *Spiritus*, & hominis peccatoris enucleabitur, sc. quod per Spiritum non angelus, non ventus, non motio naturalis, sed tertia persona SS. Trinitatis secundum gratiam præsens, per peccatum, non solum is qui natus in peccatis, nec qui imprudenter in peccata lapsus, sed liberè & scienter peccatis deditus intelligatur. Atque ita deinceps, quæ per locos inventionis Logicæ de Spiritu Santo prædicari possunt, ea singula homini peccatis dedito opponentur, & fieri accommodatio hoc modo: quod ob hanc utriusque inconvenientiam, *Spiritus S. in homi-*

homine peccatis dedito habitare nec  
possit nec soleat.

12. Vicissim, si thema Affirmativum *Et thes.*  
*sic*, v. g. *Spiritum S. inhabitare hominem*  
*pietati deditum*: Etymologia *Spiritus S. &*  
*hominis pietati dediti conferantur*; ut  
*Spiritus vocatur Sanctus per essentiam,*  
*Act. 5, 3. & homo per gratiam*, *1. Cor. 1, 30.*  
*1. Petr. 2, 5. æquivocatio utriusque nomi-*  
*nis tollatur, & vera significatio invicem*  
*conferatur analogicè, ut*: *Spiritum S.*  
*non dici sanctam quandam hominis co-*  
*gitationem, ut, Rom 8, 27: Deus cognoscit*  
*desideria Spiritus nostri &c.* Sed *Sanctum*  
*Sanctorum*, &c. Nec hominem pius  
*dici opinione talem, Proverb. 20, 6; sed*  
*qui in Spiritu & veritate talis sic*, *Jo-*  
*han. 4, 23. &c.* Atque sic per locos Inven-  
*tionis deinceps. Quæ vero Spiritui S.*  
*non convenient, ut*: *Genus, Species,*  
*Totum, Patres, Causa, &c. in compara-*  
*tione vel omittantur, vel per diversitatis*  
*rationem de homine pietati dedito præ-*  
*dicentur, & fiat accommodatio h. m. ob*  
*similes effectus, similia attributa*; *simi-*  
*lia utrique opposita, Spiritum Sanctum*  
*homines pios inhabitare solere.*

*Themata  
simplicia  
rarò pro  
conccione  
tractan-  
tur.*

13. Atque hæc quidem est ratio tra-  
ctandi thematis simplicis; Cum verò in  
Ecclesiis nostris rarò fiat, ut de voce unâ,  
aut theme simplici conciones haben-  
dæ sint; sed textibus, quæ materiam con-  
cionandi præbent, thematis plerumque  
causæ, & affectiones, vel simile quid in-  
sint; hoc solùm à concionatore requiri-  
tur, ut secundum regulas Logicas nôrit,  
quæ si thematis in textu propositi con-  
clusio, qui huic conclusioni deserviat,  
sive tanquam illustratio à causis, sive à  
genere, seu à proprio, seu ab oppositis,  
seu à simili, aut quocunque Inventionis  
Logieæ loco; Quà Dispositione facta,  
singuli locorum huic argumento servi-  
entium, dictis, exemplis, & similibus ex-  
scriptura petitis, rarò Philosophicis ra-  
tionibus, aut gentilium exemplis, in no-  
stris quidem Ecclesiis illustrari solent,  
quanquam Papisticis Homiliariis nihil  
frequentius sit.

*Rhetorica  
quatenus  
Concionis  
formæ cō-  
muni de-  
serviat.*

14. Ad formam *Concionis informan-*  
*tem*; eamq; omnibus concionibus com-  
munem, ex analysi Rhetoricâ extruen-  
dam nihil porrò requiritur, quàm ut ju-  
xta vulgarem dicendi modum, quæcun-  
que

que invicem connectenda, vel neganda,  
vel separanda sunt, vulgaribus formulis  
connectantur, negentur, separentur;  
quæ vulgari dicendi formâ ad vulgi ca-  
ptum accommodatâ Apostolos in suis  
concionibus usos esse constat ex 1. Cor. 1.  
v. 17. cap. 2. v. 4. & 13. Atque hac fini lin-  
guarum donum in primitiva Ecclesia à  
Deo distributum esse, ut quaelibet gens  
res Sacras τὴν ἴδιαν Διδάσκαλον καὶ οἰκεῖας  
γλώσσας perciperet, Lucas Testis est,  
Act. 2. v. 8. & 11. Quapropter si quid non-  
nunquam ex peregrinis floribus Rheto-  
ricis, troporum aut figurarum insperse-  
runt, id non ad formam concionis in-  
formantem, ceu sine qua concio esse  
non potuerit, sed ad formam assisten-  
tem pertinuit, de qua deinceps nobis  
cura erit.

## CAPUT II.

De Forma Informante con-  
cionis, singulis dicendi generi-  
bus adæquatâ.

*Forma  
concionis  
adæquata.*

Diversa  
causarum  
genera in  
Rhetorica  
Ecclesi-  
stica.

1. Uti in prophana dicendi arte, pro diversâ dicentis intentione, quæ est, vel demonstrare quidpiam, vel consultare de re agenda, aut non agendâ, vel persuadere, laudare, vituperare quenquam, aut quidpiam, diversa à Rhetoribus Causarum genera constituta sunt; Ita tractanda methodicè Ecclesiastica quoque Rhetorica, quinq[ue] diversa Causalium genera constituuntur possunt: 1. Didascalicum seu demonstrativum, 2. Elencticum seu Refutatorium, 3. Paideuticum seu Instritorium, 4. Epanorthoticum seu Correctorium, & denique 5. Consolatorium; Quæ genera Apostolus, quatuor priora quidem 2. Tim. 3. v. 16: *Omnis Scriptura prophetica utilis est ad Didascaliam, Elenchum, Paediam, & Epanorthosim, ut perfectus sit homo Dei, &c: Postremum, Rom. 15. v. 4. Quæcunque scripta sunt, ad consolationem nostram scripta sunt &c: futuro Concionatori tradidisse videtur.*

Qualia  
ea sint?

2. Genus Didascalicum est articuli cuiusdam fidei, aut historiæ sacræ, in thesi facta tractatio. Elencticum est ejusdem articuli avocatio, seu confutatoria in antithesi vindicatio. Paideuticum & auditorium ad mores Christianè informan-

mandos instruc<sup>t</sup>io. *Epanorthoticum* est auditorum à peccatis, in Deum, se<sup>m</sup>e, & proximum commissis, ad regulam divinæ justitiae revocatio. *Consolatorium* est auditoris adversus quævis mala pœnæ, culpæ, & probationis eructio. *Duoprioni* Eorum di- genera pro objecto habent ratiōne seu versitas. credenda; duo posteriori ratiōne seu facienda, circa quod objectum & Consolatorium dicendi genus versatur. Videatur Alstedius in *Oratore perfecto*, methodo sexti, pag. 260. Item *Theol. Prophet.* part. i. cap. 5. regulâ 4.

3. *Pontificis Concionum generaliter*  
Partiri solent, ut aliud sit *expositorium*,  
quod rem gestam aut gerendam simpli-  
citer narrat; aliud *argumentativum*, quod  
rei dubiæ fidem facit; aliud *amplificato-*  
*rium*, quod amplio orationis genere rem  
ita describit, ut auditoris affectus mo-  
veat magis, quam confirmet intelligen-  
tiam. Sic *Ludovic. Granatensis de ratione*  
*concionandi lib 2. cap. 3.* Verūm quia 1. &  
2. genus nimis latum est, & singulis, quæ  
recitavimus, causæ generibus applicari  
potest; tertium verò ad ornatum oratio-  
nis, adeoque ad ejus formam externam

Genera di-  
cendi apud  
Papistas.

pertinet, non sufficit ista distributio intellectui concionatoris, in genere causarum informandi.

*Alia distributio generum dicendi pro concessionibus.*

4. Alii dicendi genera ex quatuor sensibus scripturarum, quos finguntur, metiuntur, ut aliud genus dicendi sit *Litterale*, aliud *Moralē*, aliud *Allegoricum*, aliud *Anagogicum*. Sic *Stella de modo concionandi*, cap. 3. 4. seq. Sed quia dicendi genera, non variant rerum seu causarum genera, de quibus quæstio hîc est; ideo ista per allegorias & anagogias textus tractandi ratio ad formam concionis externam pertinet, nec in partitione rerum adhiberi potest; literalis autem & moralis sensus expositio in quolibet dicendi genere applicabilis est.

5. Optima igitur materias concionum dignoscendi ratio videtur, quæ secundum aliquod dictorum à nobis generum, nec fieri potest, quin textus quicunque Biblicus ad aliquod horum generum, vel prout prolixus est, ad duo, tria, aut plura illorum aptè referri possit.

6. Continent verò singula dicendi genera, uti in quâvis profanâ, sic in Ecclesiasticâ quoque Rheticâ suas quas-

*Genera causarum Ecclesiasticæ*

dam species, propria, objecta, & formas sticarum proprias, juxta quas & dignosci concio- habent num genera, & amplificari possunt. suas spe-

7. *Species Generis Didascalici* sunt hi- storica narratio, asseveratio, demonstra- Species generis di- tio, testificatio, de personæ aut rei cuius- dascalici dam natura & qualitate, Dei promissio- & ejus ob- nes, comminationes, aut quicquid rem gestam narrat, personam aut factum de- jecta. scribit. Ejus objectum sunt articuli fidei Christianæ in genere, tūm justificantis in specie, ut: historia, mandatum, exem- plum, promissum, & quicquid in scri- pturis docetur, quid sit & quale sit?

8. *Species Generis Elenctici* sunt tex- Species ge- tus Scripturæ accusantes, defendantes, neris Elen- exprobrantes errorem fidei, expostulan- etici, & tes, refutantes, negantes, maledicentes, ejus obje- excommunicantes, &c. Ejus objectum eta. idem est, quod est Generis Didascalici; Versatur enim utrumque circa creden- da vel historicè, vel fiducialiter; ideoque utriusque officium est, vel definire, vel defendere, an res sit, quid sit, & qualis sit? idque vel positivè in genere Didascalico, vel privativè, & per remotionem di- versi aut oppositi, in genere Elenctico.

*Species generis Paideutici & ejus objecta.*

9. *Species Generis Paideutici sunt, textus præcipientes de moribus, laudantes, svadentes, adhortantes, commendantes, petentes & promittentes. Ejus objectum sunt mores hominis Christiani, virtutes morales erga Deum, seipsum, & quemvis hominum ordinem.*

*Species generis Epanorthotici & ejus objecta.*

10. *Species Generis Epanorthotici sunt textus vituperantes, prohibentes, dissidentes, comminantes, punientes, implicantes, devoentes; objectum idem, quod generis paideutici. Ubi advertendum est, Species generis Epanorthotici à speciesbus Generis Elenctici non multum dissidere; utrèque enim ad corrigendum inventæ sunt, objectis vero differunt. Elencticum enim circa defectus fidei, infidelitatem, idololatriam, hæresin, & errorum versatur; Hoc circa vitia morum, adversus præcepta Decalogi, & honestatem civilem commissa.*

*Species generis paracletici & ejus objecta.*

11. *Species Generis Paracletici seu Consolatorii sunt textus, continentes Sym-pathiam, querelam, promissionem & exemplum auxilii, & erectionem in adversis, quoconque modo id fieri solet. Ejus objectum est homo afflictus, spiritualiter qui-*

quidem, temptationibus & diffidentiâ;  
corporaliter, quavis à quovis illatâ cala-  
mitate.

12. Obvio itaque facto textu quovis *Genus*  
Biblico, dispiciendum porrò est futuro *causâ cur*  
Concionatori, ad quod *Genus Causæ sit inqui-*  
textus pertineat? atque id quidem tripli-  
*rendum.*  
ci de causâ. 1. ut scopum texiūs assequa-  
tur, eumq[ue] in concione, quasi futuram  
conclusionem, præfixum habeat. 2. ut  
sciatur, ex quibus locis cognatis probatio-  
num genera, quæ cuique Causarum ge-  
neri conveniunt, eruere, quomodo ea  
collocare & digerere possis. *Tertia, ut*  
methodum in informandis auditoribus,  
& juvandâ ipsorum memoriâ servare  
possit.

## CAPUT III.

De Argumentis cuique di-  
cendi generi propriis.

1. *Argumenta Generi Didascalico pro-* *Argumen-*  
*pria, sumuntur i. à persona, cujus, secun-* *ta generi*  
*dum formam communem Rheticam,* *didascali-*  
*describuntur patria, sexus, natales, inge-* *copropria.*  
*nium, educatio, disciplina, doctrina, res*

gestæ, harum præmia, mors, fama post mortem &c. 2. à rebus, quarum affectiones per singula argumenta topica, vel aliqua eorum, quæ proposito maximè conveniunt, deducendæ sunt. Quod fieri potest, sive considerentur secundum Theologicas, sive Ethicas, seu Physicas, aut quascunq; qualitates; singulas enim ad locum quendam topicum revocari oportet. 3. à mediis agendi, seu quibus iubidiis v. gr. Virtus, divitiae, aut quæcunque res acquirantur, quæri solet, de harum mediis, fuerint né hæc media naturalia aut supernaturalia, licita, an illicita, utilia vel inutilia. 4. à modo, quo aliquid actum sit, vel agi deceat diligentia, negligentia, intercessionibus, dolis, ligationibus &c. 5. à fine, cur aliquid agendum vel actum sit, eoqué vel proximo, vel remoto. 6. à tempore, quando aliquid factum sit. 7. à loco, ubi res acta sit, ubi agi quid oporteat, & similibus; quæcunque ad describendam rem excoigitari possunt attributis; v. gr. an sit res necessaria vel contingens, utilis vel inutilis, levis an ardua, &c.

2. Argumenta Generi Elenctico pro- Argumen-  
 pria sumuntur, i. à dicto Scripturæ contra- ta generi  
 rio. 2. à negatione rei, vel totali, quod non Elenctico  
 sit, vel quoad speciem, quod hæc vel illa propriæ.  
 non sit, vel quoad qualitatem, quod ta-  
 lis non sit, vel quoad ad quantitatem,  
 quod tentat̄ sit, ut: perfectio humano-  
 rum operum &c. 3. ab ejus inconsequentia.  
 4. ab absurdo sive impossibili. 5. à blasphem-  
 mo in Deum & Christum. 6. à Contradi-  
 ctione, aut Confessione adversarii, quæ  
 est vel directa, vel hypothetica, id est,  
 quæ ex concessâ ab adversario hypothe-  
 si colligitur. Et summatim dicendo:  
 ex omnibus locis Dialecticis, ex quibus  
 argumenta affirmativa sumi possunt pro  
 afferendo aliquo dogmate; & iisdem  
 possunt etiam sumi argumenta negan-  
 tia, pro negando aliquo dogmate.

3. Argumenta Generi Paideutico pro- Argumen-  
 pria sumuntur 1. à mandato divino. 2. ab ta generi  
 aequitate naturali. 3. à necessitate. 4. ab ho- Paideuti-  
 nesto seu decenti Christianorum officio. co propriæ.  
 5. à jucunditate seu gaudio, quod deduci  
 potest per diversa subjecta, Dei, angelo-  
 rum; hominum gaudia. 6. ab utilitate,  
 seu præmio, eoq; temporali, vel æterno.

7. à facilitate, sive præsentibus adminiculis. 8. ab incommodo, si omittatur. 9. ab exemplo piorum. 10. ab afflictione eorum, qui nobis adversantur.

*Argumentum generi Epanorthotice propria.*

4. Argumenta Generis Epanorthotici sumuntur ex locis generi Paideutico contrariis, sc. 1. ab interdicto divino. 2. à repugnatiâ æquitatis naturalis. 3. à non necessario. 4. à repugnatiâ æquitatis moralis seu indecoro. 5. ab injucundo, respectu Dei, angelorum, hominum. 6. ab inutili. 7. à difficulti, seu pluribus obstaculis, ut periculo. 8. à damno temporali & æterno. 9. à contrariis piorum exemplis. 10. à gaudio Diaboli & malorum angelorum. 11. à severitate vindicis. 12. ab æternitate pena, seu incessabilibus inferni tormentis, quæ describi possunt non solùm ab æternitate, sed etiam à vehementia, & reliquis circumstantiis, quæ hominem absterre possunt.

*Argumentum generi consolatoriæ propriæ.*

5. Argumenta Generis Consolatorii sumuntur 1. à Dei misericordiâ. 2. à Christi merito & intercessione. 3. ab assistentiâ Spiritus sancti. 4. à Dei providentia. 5. à communi sorte omnium piorum. 6. ab exemplo Christi & Apostolorum, idque per comparatio-

tationem Majoris ad Minus. 7. ab utilitate afflictionis. 8. ab ejus brevitate. 9. à bonitate causa seu puritate conscientiæ. 10. ab excellentia future gloriæ.

6. Circa hæc omnia advertendum, Argumenta dicta singulorum generum argumentata hæc sunt, esse vel insita textui futuræ concionis, vel connata, adcoque per diligentem textus considerationem inde erui posse, vel esse alii lati.  
 unde & ex locis parallelis vel analogis ad textum assumpta. 2. Quia concionis unius spatium non admittit, ut concionator singula argumenta persequatur, præsertim quando thema compositum, seu integra quæstio, aut plures etiam quæstiones textui insita, tantum concione deduxerit, & singula argumenta dictis scripturæ, exemplis & similibus confirmaverit. Tertio, ut penes arbitrium concionato. Quæ ordinis sit, in pertractione argumentorum ne mutandæ? cuiuscunque generis, ordinem, qui à nobis positus est, sive sequi, sive venustatis, & occultandæ methodi causâ, nostrum ordinem immutare, v.gr. si quis in Genero Paideutico nolit argumentum sumere

mere à mandato divino, sed vel à facilitate, vel à jucunditate, aut quoconque alio argumento, quod generi Paideuticeo deservit. Similiter, si quis in genere Consolatorio, variandi methodi causâ, nolit argumenta pro concione propnere eo, quò à nobis proposita sunt, ordine, ei licebit i. argumentum accersere ab afflictionis brevitate, alterum à communis forte piorum, atque ita deinceps pro lubitu cætera etiam usurpare. Interest enim Concionatoris, non solùm, ut in Concione genera dicendi nonnunquam mutet, id est: nunc consolatiōnem, nunc increpationem, nunc doctrinam præponat aut postponat, sed, ut argumenta etiam exhortationi, consolationi, increpationi propria nōnunquam immutet, ne vulgo eādem semper chorda oberrare videatur.

*Genera  
Causarum  
conjuncta,  
quomodo  
simul tra-  
ctanda  
sint.*

CAPUT IV.  
De Forma tractationis, duobus vel pluribus Causarum generibus simul accommodata.

I. Quia

1. Quia non semper occurrit, ut habendæ concionis textus unius solum generis sit, id est, ut tantum vel doceat, vel hortetur, vel incepit &c. rarius autem eveniat, ut uni textui omnia dicendi genera insint, & tamen usus obtinuerit, & seculi depravatio vel maximè requirat, ut nō solum doceamus pro singulis concionibus, sed arguamus etiam secùs sentientes, hortemur, corrigamus, consolemur; ideo concionatoris partes erunt, indagare, quomodo una concione sive omnia Causarum genera simul; sive aliqua eorum tractare oporteat, & quomodo unum genus ex altero deduci possit?

2. Quod fiet, si presupponatur: materiam concionis non posse, nisi genere, disciplinæ unam esse, id est, Theologiam; formam verò sive Logicam, sive Rhetoricam.

3. Forma Logica est quasi Paideutica, *Usus dis-*  
distribuens textum in certa Causarum *positionis* genera, ut percepto integri textus sensu, *Logica.* concionator noverit discernere, non solum antecedens à consequente, Subiectum à Prædicato, definitionem à defini-  
to &c. Sed genera quoque Causarum ab

invicem, quæ nempe verba textū didascalicā, quæ elenchum, quæ informationem in moribus, atque ita deinceps, quæ argumenta singula Causarum generi propria contineant.

Quomo-  
do insti-  
tuendus.

4. In quo judicio rursus observandum est: Analysis hanc textū, non procedere juxta seriēm versuum aut verborum, qualis in textu posita est; sed quæ ad didascaliam pertinent, illa esse in tractatione didascalicā recensenda, sive in medio, sive ultimo versu, aut voce textū posita sint; quæ ad Elenchum pertinent, quemcunque etiam locum in textu praelecto obtineant, ea in tractatione Elenchi esse pertractanda: atque ita in singulis generibus universam textū structuram expendenda, & sine discrimine verborum, aut versuum, cuilibet generi dicendi sua argumenta propria adscribenda esse.

Analysis  
Gramma-  
tica quo-  
modo in-  
stituenda.

5. Textu <sup>in</sup>distributo, ut quælibet pars certo dicendi generi adscripta sit, emphasis etiam deinde singulorum verborum attendenda est, ac primò quidem declarandum, quis sensus cuiusque vocis literalis sit? quo exposito, sensus inde-

inde moralis & allegoricus tutò adhiberi potest. Ut, e.g. postquam præteritæ Dominicæ Evangelium, *Luc. 15.* concionator ita dispescuerit, ut ex universo textu argumenta ad docendum apta generi Didascalico deputaverit, argumenta ad arguendum apta, generi Elenctito &c. deinceps singulæ voces ei examinanda sunt, & quantum fieri potest, ex unâ voce quinque dicendi genera extruenda. V. g. quando scopum proximi Evangelii, qui est: *Deum velle peccatores vocare & admittere ad pænitentiam*, antè declaravit, argumenta etiam singulis dicendi generibus convenientia partitus est, poterit unius vel alterius vocis emphasis considerare, v. g. quid in textu Evangelico significet, vox (*peccatoris*) vox (*stelonarii*) vox (*OVIS*) vox (*drachmæ*) &c. Et declarare per singula dicendi genera, i. per Didascalicum, quid v. gr. *peccator* sit? nempe, qui in peccatis natus, peccata actualia, tūm præter, tūm contra conscientiam perpetravit *ex Psalm. 51. v. 6.* *Rom. 3. v. 23. i. Reg. 12. v. 26. seqq.* ejusque rei exempla à notoriis peccatoribꝫ mutuari. Quid notet vox *OVIS*? sc. Metaphorice

ricè significans hominem errori obnoxium, atque ita deinceps, per reliquas voces, ut doceat circa vocem peccatoris: hanc omnes homines communiter concernere, circa vocem OVIS: quomodo hoc animal stupidum, imbelle, & fragile est: ita homines omnes naturâ in spiritualibus esse stupidos, adversus Satanâ & carnis tentationes imbelles, ad errorum pronus, &c.

In Genere Elenctico poterit Concionator ex voce OVIS, doctrinam de amissione gratiæ: ex voce drachmæ, doctrinam de peccato Originis eruere, hoc modo: Quomodo nemo negat, oviculæ à caulis aberrationem facilem esse; Ita nemo cum ratione negare potest quin Christi quoque oviculæ aberrare possint à communione Ecclesiæ. Vicissim, quomodo numisma monetæ impressum, voluntate hominum deleri potest, ita imaginem Dei, quæ primo homini velut vénit, quoddam insculpta erat, perdi potuisse, & perditam esse.

In Genere Paideutico ex iisdem cibus doctrinæ morum erui possunt, h. m: Quomodo ovis pastori suo non relucta-

luctatur, quomodo drachmæ materia tractabilis est, ad recipiendas omnes formas; ita Christianos, qui sunt oves & drachmæ Dei, oportere, ut sint obsequentes, ut characterem gratiæ, in prima creatione sibi impressum, instaurari petant & curent, &c.

In Genere Epanorthotico, ex iisdem vocibus hoc modo: *Oves pastoribus suis obsequentes; animantia irrationalia; drachmæ, res inanimatæ, recipientes à monetariis quascunq; formas, confundent in novissimo judicio Christianos; non solum ratione præditos, sed noticijs etiam divinæ voluntatis instructos; quod totidem exhortationibus divinis noluerint obsequi, qualis increpatio ab animalibus irrationalibus sumta, usurpatur Esa. 1. v. 3. Jerem. 8 v. 7. seqq.*

Denique in Genere Consolatorio h. m. Nulli peccatori desperandum esse; Dei enim hanc esse clementiam, ut ovem errantem, drachmam perditam, etiamsi neutra se ipsam in caulam, vel cistam recipere possit, solertissimè requirat, nec nisi repugnantem deserat. Eadem facilitas est, deducendi vocem quamcun-

que per singula dicendi Genera, modò  
hoc advertatur, ne talis deductio fiat  
contra scopum concionis, aut textus  
propositi, v. gr. Si quis occasione vocis  
*drachmæ*, velit prolixus esse in recensem-  
dis speciebus numismatum Hebreorum,  
Græcorum, Latinorum, Germanorum,  
aliarumque Gentium: aut increpandis  
nummorum falsariis, vel taxandâ avari-  
tiâ, &c. is præter scopum Evangelii ve-  
heretur.

6. Quandoquidem enim neque sco-  
pus concionis id semper patitur, neque  
textus etiam ea perpetua natura est, ut  
præcisè tantum unum dicendi geno per-  
tractet, prudentia Concionatori adhi-  
benda est, ne vel textui vim inferat, de-  
ducendo, v.g. Consolationem ex eo tex-  
tu, qui merè objurgatorius est; Vel in-  
scopum impingat, ut v.g. quando lugen-  
tes consolari proposuit, ne per Genus  
Elencticum in eos invehatur. Facilis  
enim hic excessus est, quando locos om-  
nes rerum & personarum, & quicquid ac-  
cerſi horum potest prosequimur, ut à  
scopo textus propositi aberremus, & ne-  
gligamus interea id, quod ratio textus,

Audi-

Auditorii, vel etiam temporis exigit. A quibus circuitionibus & evagationibus etiam Pontificii scriptores suos concionatores frequenter coercent, & quasi manu injectâ ad scopum revocant. Leg. Carolum Regium Orat. lib. VI. cap. 29. Granatensem lib. III. cap. 1. seqq.

7. Communis etiam ratio tractandi duo vel plura dicendi genera solet adhiberi hæc, ut conjungantur commēdatio rei vel personæ, & oppositi vituperatio, primò per testimonia scripturarū. (2) Per exempla laudata vel reprobata. (3) Per rationes & similitudines: ita, ut nōnunquam invertatur hic processus, id est; exempla primo, testimonia scripturarum secundo loco adferantur, ut exempli causa sit commendanda *Tolerantia* & *Perseverantia in afflictionibus*, atque contra dissuadenda impatientia; poterunt primo loco adduci exempla Jacobi Patriarchæ perferentis iniquam servitutem, Gen. 31. claudi 38. annis projecti ad columbethram, Joh. 5. hæmorrhousæ annis 12, exspectantis opem, Matth. 15. & quantum commodi exinde retulerunt; Evestigio autem Exempla impatientiæ

in fame aut siti, ut Israelitarum, Exod. 16.  
 Num. 12. &c: Bethulienium in obsidione,  
*Judith.* 6. Saulis in expectando Sa-  
 muele & abdicandis hostium spoliis,  
*1. Sam.* 15. aliisque exemplis contrariis:  
 Postea provocare ad Testimonia & præ-  
 cepta divina; hæc jubentia, illa promit-  
 tentia vel commingantia: ut *Habac* 2: Si  
 tardaverit expecta. *Psal.* 27: Expecta Do-  
 minum. *Ebr.* 10: si quis recesserit, in eo non ha-  
 bebit beneplacitum anima mea. *Jacobi* 1. &c.  
 Patientia dulces affert fructus &c. *Agricola*  
 expectat fructum &c. Denique rationes  
 morales & similia, ab æquo, ab utili, &  
 oppositâ iniquitate & inutilitate impa-  
 tientiæ: similitudinibus ægrotantis, ca-  
 ptivi, luctantis &c: Cujusmodi varia-  
 tiones & digressiones observare est apud  
*Basilium homil.* 2. in *Hexaemeron.* *Cypri-*  
*num in Serm:* ad Fratres in metallo constitu-  
 tos. *Chrysostomum homil.* 2. ad populum An-  
 tiochæ. aliosque passim.

Modus de-  
 ducenti u-  
 num genus  
 causa ex  
 alio.

8. De cætero, si cui placuerit ex tex-  
 tu unius generis, reliqua 4. genera dedu-  
 cere, poterit hac uti methodo: Si textus  
 propositus tantum sit Generis Didasca-  
 lici,

lici, Elencticum sumitur necessariò ab oppositis; Paideuticum à præstantiâ rei, sive ab utilitate, sive à necessitate, sive à Precepto. Epanorthoticum à detestatione oppositi, periculo, damno, interdicto. Consolatorium ab utilitate, seu quovis commodo alterius oppositorum. Ut e. g. si quis docere velit, mundum non esse à se ipso, sed à Deo conditum, genus Elencticum defumet à Contrariis, & increpat Manichæos ac gentiles, qui mundum à se ipso conditum existimabant. *Paideuticum* à præstantia Conditoris, quia is universum hoc ex nihilo crearat & potenter conservat; ideo sub ejus præsidio nos posse esse tutos: obligatos ad colendum illum, parendum ei &c: ut *A&T. 14.* & *17.* infertur. *Epanorthoticum* à detestatione alterius oppositi, h. m. quia cœlum terra & elementa omnia creatori suo obsequuntur, ordinemq; sibi injunctum servant; inexcusabiles esse homines, qui soli ab hoc omnium creaturarum obsequio defectunt. *Consolatorium* ab utilitate creationis; Deum, qui omne, quicquid est, ad ministerium hominis creavit, non deferturum eum, cuius gratiâ

*Ex genera  
Didascalico & Elen-  
ticæ.*

tanta fecit. Aut, si textus sit Generis Elenctici tantum; vi contrariorum eadem erit methodus, ut nempe *Didas calicum* sumatur ab opposito vel diverso etiam. *Paideuticum* à necessitate, jucunditate, aut honestate rei oppositæ. *Epanorthoticum* à turpitudine, damno & periculo ejus thematis, quod tractamus. *Consolatorium* ab utilitate & constantia rei oppositæ e. g. si quis refutet Pontificiorum sententiam *de merito operum*, thema est Generis Elenctici; Genus itaque *Dida scalicum* deducitur ab Opposito, idque verbo Dei confirmatur; *nos nihil mereri*. *Paideuticum* ab utilitate rei oppositæ, nempe, si constet, ex mandato quidem Dei, oportere Christianos bene operari, nec tamen salutem per sua opera possint aut debeant mereri, tūm Dei clementia eos tutius posse confidere, quam si de perfectione & merito suorum operum semper dubitandum sit. *Epanorthoticum* à turpitudine, iniuitate & damno hujus dogmatis: Turpe esse in hac vita Angelicam sibi imaginari innocentiam: iniquum, verbis Dei tam claris repugnare: impossibile, præstare exesse id, quod requiri

requiritur: Damnosum, arundineo operum nostrorum baculo inniti. Consolatorium à commendatione alterius oppositi, quod est Dei clementia. Hanc esse turrim fortissimam, ad quam recipere se quisque tentatus possit; merita autem esse texturam aranearum, per quam quisque corruat, *Jes. 59. v. 6. 7. Proverb. 18. 2. 10. Et c.*

*Ex gene-  
re Paideu-  
tico.*

9. Porro, si thema solum sit Generis Paideutici, Epanorthoticum deducendum erit ex loco singulis argumentis, quibus Paideuticum probatum fuit, opposito. Ratio est, ut Didascalia & Elenchus; sic *παιδευτία* & Epanorthosis sibi invicem opponuntur; adeoque eadem ratione, quâ illa tractanda sunt. Consolatorium sumitur à *præmio* thematis Paideutici, vel ab exemplo Christi, Apostolorum, aut alio argumento Generi Consolatorio proprio. Didascalicum ab affectione aliquâ thematis Paideutici, vel ab ejus vera definitione, aut alio argu- mento Generi Didascalico proprio. Elencticum à refutatione affectione cuiusdam cōtrariæ, quam adversarius themati falso affinxit. Ut e. g. Craftini E-

vangelii scopus est hortari ad humilitatem, *Luc. 18.* Consolatorium itaque deducetur commodissime à præmio humilitatis, quod Publicanus præ Phariseo reportavit; vel etiam ab exemplo Christi, qui se humiliavit usque ad mortem, & præmium adeptus est, evanescere nominis supra omne nomen, *Phil. 2. v. 9.* Didascalicum, ab affectione propriâ humilitatis, vel etiam arrogantiæ, quod connecti potest cum Consolatorio, per particulatas diversitatem innuentes, h. m. Nemo autem opinetur, hanc esse humilitatem, quæ caput inclinat & sandaliis humum vertit, qualis Phariseorum erat *Matth. 23.* Talis certè publicani non erat, sed vera animi depresso, agnitus propriæ indignitatis, spiritus contribulatus *Jes. 66, 2.* qualis in Publicano fuit. Elencticum connectitur cum Didascalico per descriptionem fistæ humilitatis, quæ fit argumentis Generi Elenctico propriis, ut sunt negatio perfectæ humilitatis in Phariseo, negatio meriti Pharisæi, quod iste jactabat, &c. Vel descriptione etiam falsæ humilitatis pro diversitate objectorum: quomodo sci-  
licet

licet versetur circa Deum, quomodo circa proximum? idque secundum omnia præcepta secundæ tabulæ, fingendo sc. sanctitatem & observationem horum mandatorum, qua tamen nulla est, fingendo perfectam obedientiam, perfectam dilectionem proximi, perfectam oblivionem injuriarum, perfectam continentiam à libidine &c. Cujusmodi Elenchi sunt Jes. 58: *Nunquid hæc est vere humiliatio &c: Col. 2: Nolite decipi ab hypocrytis, ambulantibus in simplicitate Angelorum, quorum nullum viderunt &c.*

10. Eadem ratione procedendum est, si thema sit Generis Epanorthotici solum; tum enim Genus Paideuticum tradandum est per argumenta à contrario sumpta, sive mandato Dei, sive aequitate naturali, sive jucunditate, utilitate, aut alio argumento Generi Paideutico proprio. Elencticum ab affectione aliqua themati Didascalico incôvenienti, id est, sive falsa ejus definitione, seu ad ulterinis causis, sive alio argumento Generi Elencticō proprio. Didascalicum ab affectione aliqua themati Epanorthotico conformi, ut verâ ejus definitione, veris

veris causis, aut alio quocunque argu-  
mento Generi Didascalico proprio. Cō-  
solatorium in Genere Correctivo ple-  
rumque sumitur à Dei clementiâ, sive  
per particulas diversitatis, à separatione  
piorum ab impiis, sive à spe melioris, si-  
ve à promissione præmii, h. m. Quan-  
quam poena ista terribilis & horrenda  
sit; Dei tamen clementia tanta est, ut  
nolit ad vivum omnia resecare, vel sic:  
Hæc impœnitentes quidem & pertina-  
ces aliquando experturi sunt; poeniten-  
tibus verò non ira, sed gratia Dei restat;  
vel: Melius autem de vobis confido, fra-  
tres, & saluti viciniora spero, quâ con-  
nexione Apostolus utitur Hebr. 6, 8, 9.  
cap. 10, 31, 32. seqq.

Exempli c. Enarraturus quis sermo-  
nem Epanorthoticum Apostoli 1. Cor. 6.  
v. 1. seq. de non trahendo in judicium  
fratre, ob leve quoddam negotium; pæ-  
deus in sumet à mandato Dei, de condo-  
nandâ fratri offensa, Matth. 6. æquitate  
naturali, quia fratres sumus Gen. 13, 8. à  
Jucundo, Psalm. 133, 1. Elenchon sumet à  
refutatione falsæ opinionis, de sectandâ  
justicia: Hanc sc. nequaquam consiste-

re in rigorosa fratris exagitatione, Eccl. 7, 17. Sir. 10, 6. Didascalian, à prolixitate & compendiis litium secularium, & quām facile sit iudicem donis vel amicitia corrumpi. Consolatorium, à divinâ compensatione: Huic facile esse, omne illud damnum resarcire, quæcumque passi fuerimus ex dimisso fratri debito, ad Philem. v. 15. &c.

II. Non impar ratio est Inventionis *Ex genere Argumentorum, si thema Cōcionis tan-* Consolatūm *Consolatorium sit; tūm enim Epanor-* thoticum desumendum erit à contrario, iisdem formulis, quibus ex Genere Epanorthotico Consolatorium deducitur, ut e. g. quomodo in derivatione Cōsolationis ex Epanorthosi, deducta fuit clementiā divina ex acerbitate pœnarum; per diversum, h. m. impiis quidem sic, sed pœnitentibus aliter &c. Rom. 2, 8, 9. ita è contrario, quando Epanorthosis ex consolatione deducenda est, fit progressus à clementia Dei, ad acerbitatem pœnarum, seu justitiam Dei vindicativam, ut in nupero Evangelio Luc. 19. de Excidio Jerosolymorum &c. ab initio Evangelii beneficia Dei, & ejus clementia recitan-

citantur, & sit progressus ex Genere Cōsolatorio ad Epanorthoticum per inductionem pœnarum. v. 43. Didascalicum igitur desumendum erit à qualitate seu affectione aliqua eorum, quos consolaturi sumus, factâ connexione, h. m. Operæ pretium est, Auditores, ut vobis constet, qui sint illi, quibus Pater misericordiarum gratiam suam pollicitus est. *Hinc millem & Verentem sermones ejus, ait se Clementer ac benignè habiturum.* Jes. 66. Et: Vel sumitur etiam Genus Didascalicum à qualitate Consolationis in sese, quam præstans sit, quantum differat ab huminis solatiis, quam firma, quam perpetua sit? ex Jes. 38, 16, 17. Psal. 94, 19. Psal. 119, 92. Jobi 15, 11. 2. Cor. 1, 5. &c. Genus Elencticum sumetur à remotione affectionis alicujus, quæ sive subjecto, quod consolamur, sive naturæ consolationis falso afficta est, h. m: Toto errans cœlo, qui dulcissimas Dei consolationes ad fractos peccatores pertinere arbitrantur; vel: Non est hæc consolatio pulvinar peccatorum, vel poppismus aliquis, quo Deus peccatores velit facere secutros, sed est erectio tristium &c. Mich. 2, 7. Rom. 2.

Rom. 2, 4. &c. Paideuticum desumetur à debita gratitudine eorum, quos Deus consolatus est ex Psalmis Eucharisticis Davidis Ps. 31, 20 seq. Ps. 34. Ps. 107. &c.

12. In hac deductione 4 Generum ex uno, hoc in primis attendendum est, ut, adhibendo themate simplici, ingeniosè inquiratur, non solum, quomodo singula illa genera generi isti convenient, ex quo deducenda sunt, tūm quoad textum in primis, tūm quoad rem, si argumenta in textu definetur; sed hoc præcipue advertendum, quæ species in quovis genere deducendo, proximè conveniat illi generi, ex quo deductio reliquorum fieri debet; scu, quæ maximam & proximam analogiam habent cum genere principali quod tractamus? Deinde annotatā convenientissimā specie, ulterius videntur, quod argumentum ex iis, quæ sub certum Genus supra relata sunt, inventæ speciei proximè conveniat, ita enim fiet, ut eò minus citra rem dicatur.

13. Exemplo sit thema de drachmā perditā, cuius argumentum est Consolatorium, nempe hoc; omnibus peccatorib⁹ patere viam ad pœnitentiam. Ex hoc genere Deductio ex genere Consolatorium illud Con-

*stratur ex-  
emplo.*

Consolatorio, si cætera 4. genera deducenda sine, videndum est, quæ species Generis Didascalici (si, v. gr. Didascalicum ex hoc Consolatorio genere deducere velim) huic themati vel maxime conveniat, an demonstratio, an testimatio de persona, an vero qualitas rei ad dicendum propositæ, an promissiones, an comminationes, vel quævis alia species, ex iis, quas supra ad genus Didascalicum diximus esse referendas; Et apparet, nullam harum specierum tam apertam esse, ad deducendum Genus Didascalicum ex themate hoc Consolatorio, quod est de drachma perdita, quam descriptionem qualitatis, *quid sit drachma* & accidentis, *quomodo perdatur? &c.* Accommodando enim allegoriam hanc ad hominem peccatorē, expeditissima via est, si Genus Didascalicum ex themate Consolatorio deducatur h. m. Perspicitis autem hinc, Auditores, quæ fuerit prima nostra conditio, & qualis ea nunc sit; accepimus quidē in prima creatione characterem drachmæ, i. e. imaginem divinam, sed eam perdidimus &c. Porrò, si Genus Elencticum deducendum sit ex hoc

hoc themate, videndum primò quæ species Generis Elenctici huic themati quam proximè convenient, & deinceps, quæ argumenta ad inventam hanc speciem aptissima sint, & apparebit, ex speciebus Generis Elenctici eam refutationem convenientissimam sumi, quæ ex proposito hoc themate deducatur. Argumenta vero, quibus hanc speciem probent, aptissima deduci, a negatione rei, à dicto Scripturæ, & exemplo contrario, ut: exemplo drachmæ perditæ refutetur iij, qui jactant se imaginem Dei nondum amisisse. Ejus contraria arguenda sint dicta Scripturæ, Ephes. 4, 24. Sapient. 2, 24. &c Exemplum contrarium. Hæc ipsa parabola, de drachmâ perdita. Non sicut reliquarum artium objecta, ita & Doctorum objecta, quæ sunt animi Auditorum. Argentarius enim, qualem monetam, aut qualecumque Vas excuderit & reposuerit, tale & postridie reversus inveniet: & Ærarius & Marmorarius aliquique artificis, quale reliquerunt opus suum pridie, tale inveniunt postridie: At nobis Pastoribus omnino accidit contrarium. Quanquam enim non inanimata vasa, sed animas cudamus rationales,

nales, non tamen vos invenimus, quales reliquimus, sed in plerisque operam perdimus. Sunt verba Chrysost. homil. 13. ad p. p. Ulterius, si genus Paideuticum ex proposito themate deducendum sit, lustratis speciebus, sub genere hoc cōtentis apparebit, adhortationem commodissimè ex hoc themate deduci; argumentum verò adhortationis commodissimè sumi à mandato divino, ab honesto, à facilitate, ab incommodo, si omitatur &c. h. m: Videtis, quām facilis sit jactura drachmæ illius, quam Deus ipse charactere notavit; æquum igitur est, Deus præcepit, decet Christianorum officium, & possunt per assistentiam Spiritus Sancti, ut id, quod ex divina clementia acceperunt, servent &c. Denique, si Genus Epanorthoticum ex hoc themate deducendum sit, percurrēdo omnes ejus species, apparebit, dissuasionem, exprobationem & comminationem aptissimè ex hoc themate deduci: argumenta verò; quibus hæ species probentur; esse repugnantiam æquitatis naturalis, periculum, damnum contristationem Dei &c. hoc modo; Quisque igitur sibi caveat,

ne imprudentiâ characterem à Deo semel acceptum perdat. Vel exprobratio-  
riè h. m: Qui sunt ii, qui gratiam regene-  
rationis amitti posse negant? annon  
drachma hæc, quæ non minus, quam re-  
liquæ asservabatur, perdita est, &c. Hæ  
species probantur à repugnantia æqui-  
tatis naturalis, h. m. drachmam æneam  
non extinguere characterem suum, nisi  
aliorum violentiâ extinguatur; ita ini-  
quum esse, ut homo ratione & gratiâ Dei  
adjutus gratiam illam ipius perdat, Vel  
à periculo; non semper reperi drach-  
mam perditam, adeoque nō esse, ut pec-  
catores securitatem sibi promittant, 3. à  
contristatione Dei; quomodo fœmina  
contristata est ob amissam drachmam;  
ita Deum, angelos & pios homines con-  
tristari, si quis fidelium in peccata ruat.  
Quæ singula sunt argumenta dissuasio-  
nem inducentia. Atque hac ratione, si in  
deductione unius dicendi generis ex a-  
lio procedatur, etiam connexio rei cum  
re, & verborum inter se invicem, manet  
integra.

14. Exemplo erit Studiosis B. Chry-  
stomius Cehortans à consuetudine temerè  
D 2 juran-

*jurandi singulis prioribus XVI. homiliis ad popul. Antiochenum, & in sequentibus sæpius. Quanto artificio digreditur à materia proposita, ad hoc argumentum: Et quomodo pertractet hoc argumentum, per Didascaliam, Elenchum, cæteraque dicendi genera.*

*Homil. IV. In fine orditur à genere Paideutico, à facilī, ab æquo, ab opposito turpi, & transit ad Epanorthoticum exprobrans jejunii religionem, sed jumentorum inquinatam consuetudine. Inde redit ad Paideuticum, exhortando, & progeries ad Consolatorium, decessatura indignatione Cæsaris, obdebet etiam suam statuam, & restituenda libertate civitatis.*

*Homil. V. digreditur à patientia Job. & Ninivitarum ad dehortationem à jurando temerè (1) ab officio pastoris, cui incumbat corrigere. (2) à facilī (3) à remedio. (4) ab utili, inde digreditur ad Epanorthosin & exhortationem, quod tot Exhortationibus parum profecerit quam illustrat similitudinibus, pueri Scholastici, Agricolæ, Mercatorum nihil proficientium. (2) Prolepsi & refutatione*

tionē exceptionum juxta genus Elencti-  
cum, nempe, falsum esse, quod aliquan-  
do necesse sit jurare, quod aliquando li-  
ceat &c: Denique desinit in promissorio,  
gloriæ apud Angelos & Deum, quotidia-  
norum profectuum in Virtute & tamen  
æternæ salutis, quæ singula illustrat si-  
mili, quod & per se pulchra sint, & pul-  
chriora si nostra sint: quemadmodum  
preciosa vestis diligitur, sed tanto ma-  
gis si nostra est.

Homil. VI. Digressionem orditur à  
generi Elenctico, refutando exceptio-  
nem à multitudine & consuetudine ju-  
rantium. Et per inversionem hujus ex-  
ceptionis progreditur ad genus Paideu-  
ticum, sumto arguento (1) à gloriofo.  
Gloriosum futurum esse Christiano, si  
adfirmare possit, *Hac die, hoc festo separa-*  
*vi me à consortio temerè jurantium;* quod  
illustrat comparatione minorum: Diei  
quā servum, domum, equum emerimus;  
qua liberati sumus à morbo, à periculo  
hoc vel illo &c. frequenter meminisse  
solemus, quanto magis &c: (2) argumen-  
tum identidem proponit per inversio-  
nem, non difficilem sed facilem abroga-

tionem illius consuetudinis, si ad sit propositum, quod declarat simili à jejunio. Atque hinc progreditur ad Pædiam, ab equo; ut quilibet sermone Sacro auditio Christianus proficiat, quod 3 similitudinibus à redeuntibus ex hortis, pratis & cœnis lauitioribus, declarat. à praemio: à commode proprio & alieno, seu emédatione proximi, quam 2 similitudinibus illustrat à glorioſo, quam rationem propoñit per obtestationem: *Date hoc mibi, ut de vobis glorier, & in hac vita & in futura.* Amodo: per mulctas voluntarias posse coerceri consuetudinem jurandi. A comparatis: præstare ut hic cohibeamus affectus nostros, quam ut Igne æterno torquemus. Quod ne fiat, prohibeat Deus &c.

Homił. VII. per singula V. genera dicendi decurrit.

(1) In Genere Didascalico & Paideutico docet de utilitate tristitia.

(2) In Genere Didascalico & Elenctico tradit principium Genesios de creatione, mundum non extitisse ab æterno, nec à malo Deo.

(3) Hinc

(3) Hinc digreditur ad Genus Consolatorium, quod ex apparatu creationis, ingens materia solatii oriatur tristibus de potentia, scientia & clementia Dei, adhibito schemate Rhetorico: Quomodo ex illis verbis Geneseos consolationem elicere quis posit?

(4) à Consolatione progredivit ad Epanorthosin, ad exegesin verborum: *Adam ubi es?* quæ per insignem profopœiam declarat, convertendo exprobationem in consolationem, nempe: *vocatum esse nomine ADAM, non E�am, non serpentem*, ut Deus in trepidante fiduciam excitaret per familiare colloquium.

(5) Rursus à Consolatorio redit ad Didascalicum; Quodnam sit illud principium Geneseos, & quando scriptus ille liber? h. m. Si vero Unum & breve verbum tantam Dei curam de nobis demonstravit, quid, si omnem vobis sententiam legeremus, & interna monumenta explicaremus? Cernis, quomodo tota scriptura consolatio sit & exhortatio. Et haec quidem congruo tempore deducemus. Ante haec autem necessarium est dicere, Quando liber hic editus fuerit &c.

(6) A Didascalia denique accedit ad Dehortationem à juramentis, h. m : Et alia quidem plura querere necessarium esset, sed video tempus nobis non permittens, ut sermonem in tantum pelagus immittamus. Proprierea hæc in tempus congruum differentes, iterum de jurandi abstinentia vobis disseremus, & rogabimus charitatem vestram, ut multo circa hanc rem studio utatur. Quomodo enim non absurdum est, servum quidam non audere Dominum ex nomine, aut simpliciter ut accidit, vocare, sed multa cum honorificentia &c. Angelorum vero Domini num temerè & multo cum contemptu circumferre? &c. Orditur Epanorthosin ab initio, eamque illustrat aliquot comparatis à minori ad majus. Mox progreditur ad paediam, ostendendo modum corrugandi consuetudinem, itidem à simili quomodo vitia & curvitates membrorum corrigi soleantur, (2) refutando iterum objectionem à necessario, (3) per argumentum ab inutili, non conciliari sed perdi fidem etiam inter homines temeraria juramenta.

Atque hujusmodi egregia imitacionis vestigia in sequentibus & singulis homi-

homiliis reperire est, Etiam homil. IX.  
& X in Acta Apostolorum, quibus iti-  
dem ad juramentorum materiam digre-  
ditur.

## CAPUT V.

Quâ ratione secundum hæc

§. Causarum Genera Loci Theologici  
Practicæ, & conciones infor-  
mati possint?

*Modus  
conficien-  
dorum  
Locorum  
practicō-*

*rum gene-  
ribus di-  
cendi.*

I. Ut Concionator penu habeat, ex quo pro re natâ, & brevi tempore, concionem formare possit, usui fortè fuerint dicta hæc quinque Causatum genera, si in certum codicem, certâ partitio- ne distribuantur, h. m. ut primò, servatâ partitione inter. Locos Theologicos Theoreticos, qui sunt articuli fidei, de Deo, Trinitate &c. & practicos; qui ini- tiō generalissimè distribuendi sunt, se- cundum primam & secundam legis ta- bulam, in virtutes, & vitia, & harum spe- cies; deinceps virtutes primo præcepto mandatae, seorsim collocentur singulæ singulis paginis; & vitia illo præcepto interdicta seorsim, siugula singulis pagi- nis,

nis, atque ita quæ species virtutum & vitiorum in vulgatis locis communibus cuilibet præcepto Decalogi subnectantur, eæ scorsim in diversas paginas, sic ut peculiarem rubricam; seu titulum paginæ faciant, distribuantur.

2. Constitutâ articulorum fidei, virtutum & vitiorum peculiari rubricâ, non nullum quidem operæ pretium fuerit, si nō solùm diversa dicédi genera, per quæ virtus aut vitium pro concione deduci debet, sed etiam singulorum Generum singulæ species peculiarem in pagina rubricam obtineant. Exempl. c. si post rubricam hanc: *Castitas*, deductam per genus didascalicum, peculiari paginâ constituantur rubrica pro Etymologiâ vocis, aliâ prescribatur titulus, pro caussis hujus virtutis; aliâ peculiaris titulus, pro efficiaciâ hujus virtutis, atque ita pro singularibus speciebus, quas ad genus Didascalicum pertinere diximus, deinceps pro singulis speciebus generis Elenctici, postea pro reliquorum generum, singulis speciebus, per quas hæc vox (v. g. *Castitas*) deduci poterat, singulæ paginæ pro rubricis feligantur: Verum quia hoc videtur

detur operis fore tædiosi, sufficiet, si futurus Concionator post constitutum ordinem articulorum fidei, virtutum aut vitiorum, secundum utramque legis tabulam, & post quamvis virtutem aut vi-  
tium in peculiarem paginam conjectas,  
eilibet rubricæ deinde subjungat: Tractatio  
hujus thematis per genus Didascalicu-  
m; & altero latere, seu diversâ etiam  
pagina hanc rubricam faciat: Tractatio  
hujus thematis per Genus Elencticum, alia  
pagine: Tractatio hujus thematis per Ge-  
nus Paideuticum; Atque ita deinceps per  
singula dicendi genera: quæ ostendent,  
quomodo hæc virtus e. g. Castitas, accom-  
modanda sit ad docendum, quomodo ad  
argendum, quomodo ad informandum,  
quomodo ad corrigendum, quomodo de-  
nique ad consolandum. Nec difficile erit,  
dato saltem genere dicendi, v.g. an velis  
Castitatem per Genus Didascalicum  
tractare; quin porro de speciebus hujus  
generis facile conveniat; Num velis af-  
severando, num demonstrando, num te-  
stificando &c. (quæ singulæ sunt species  
generis Didascalici) hoc thema pertra-  
ctare?

3. Distinctis hoc modo dicendi generibus, per diversas paginas; primò dicendi generi, de quavis virtute aut vito, sua argumenta propria subjiciēda sunt.

*Exemplum distribuē-dorum Locorum Cōmunium.* Verbi causā: si sub sexto præcepto, facta fuerit rubrica de voce *Castitatis*, peculiari pagina subnectenda deinde erit alia rubrica, h. m. *Castitas deducta per genus didascalicum*, in quā proinde paginā notanda venient, quæ faciunt ad Etymologiam & definitionē vocis, ad ejus causas, effectus, attributa, similitudines, contraria &c. Posthæc informetur alia pagina hac rubricā: *Castitas deducta per genus Elenctum*, quā paginā notanda venient, quæ solent adduci pro falsâ vel insufficiente castitatis definitione, à Monachis, & aliis mollitiei excusatoribus, tūm, quæ pertinent ad veram castitatis causam defendendam, scil. non esse in cuiusque arbitrio positam: quæ ad vera castitatis subjecta describendā, scil. etiam conuges servare castitatem &c. Dein sequens pagina poterit hoc titulo insigniri: *Castitas deducta per genus paideuicum*; sub quo titulo opservanda essent, dicta scripturæ, exempla, similia, quæ suadenc-

lau-

laudant, imperant castitatem, quæ præmium ei promittunt, & quicquid porrò specierum ad genus paideuticum pertinet. Atque ita porrò, pro castitate, per genus Epanorthoticum & Consolatorium descendâ, assignandum erit peculiare folium, competenti rubricâ insignitum sub quâ rubricâ, sub genere quidem Epanorthotico, sunt collocanda, dicta, exempla, similia, incommoda, pœnae, & ceteræ species generis Epanorthotici, dissuadentes vicium castitati contrarium; tum etiam inventivæ, quibus castigantur non casti; Sub genere vero consolatorio, consignanda forent dicta scripturae, promissiones, exempla &c. consolantia nostram imperfectionem, mitigantia difficultatem hujus virtutis, promittentia insigne præmium, & quibus argumentis de cætero solet hoc genus illustrari.

Vel, (exemplo ut alio experiamur) si Thēma locorum practicorum fuerit Taciturnitas: prima rubrica hæc erit, uti dictum est: Tractatio per genus didascalicum; Huic rubricæ subjicienda sunt argumenta Generis Didascalico propriæ, ut: argumentum à persona, & interjecto aliquo

quo spatio, inferius : argumentum àre,  
 rursus interjecto aliquo spacio : argu-  
 mentum à mediis agendi, atque ita dein-  
 ceps, peculiari spacio singula argumen-  
 ta Generi Didascalico inservientia com-  
 ponenda. Et quemadmodum pro Gene-  
 re Didascalico, per quod hoc Thema de-  
 ducendum est, argumenta seorsim col-  
 locatā sunt ; eodem ordine in reliquis  
 etiam generibus, argumenta ad Genus  
*Elencticum* spectantia, seorsim, seu distin-  
 cto inter singula spatio, ponantur ; Ar-  
 gumenta Generis Paideutici eodem mo-  
 do ; Epanorthotici & Consolatorii eodem :  
 ut non solum constet, quæ argumenta  
 deducendo themati per singula dicendi  
 genera convenient, sed etiam quomodo  
 ab invicem distincta sint, atque ut repe-  
 tenti labores suos illico ad manum sint  
 argumenta demonstrantia, vindicantia,  
 suadentia, dissuadentia, solantia, terren-  
 tia, &c.

4. His Causarum generibus, Specie-  
 bus & Argumentis, sub universali qua-  
 dam rubrica, v. gr. *Taciturnitate*, distin-  
 ctè collocatis, ad rubricam singulorum  
 argumentorum referet Concionator,  
 Dilla,

Dicta, Exempla, Similitudines, tām Sacræ  
Scripturæ quām piorum Patrum, & Scri-  
ptorum Ecclesiasticorum. Ut e.g. si in  
Scripturis; aut Scriptore quodam Eccle-  
siastico repererit dictum sive exemplum,  
quo dicatur virtus Taciturnitatis alicui  
benē cessisse, referret hoc argumentum  
ad Genus Paideuticum, & ad argumenta  
commendantia hanc virtutem. Si repere-  
rit dictum aut exemplum, quo demon-  
stratur garrulitas damno alicui cessisse,  
referret hoc ad Genus Epanorthoticum e-  
jusque argumentum quintum, quod desu-  
mitur ab inutili; Si repererit dictum aut  
exemplum quo demonstratur: Deum  
fuisse remuneratum piam taciturnita-  
tem, referet id ad Genus Consolatorium, ,  
eiusque argumentum primum, quod est à  
Dei clementiâ, vel etiam ad Genus Pai-  
deuticum, ejusque argumentum sextum, ,  
quod est ab utilitate seu præmio; Atque  
ita deinceps, quæcunque leget de quo-  
cunque themate, ut sunt vel describen-  
tia, vel definientia, vel illustrantia simi-  
li; vel laudantia ab effectibus, ab attri-  
butis; vel vituperantia ob easdem caus-  
fas, vel quodcunque tandem, de quo-  
cun-

cunq; themate dictum audierit, aut scriptum repererit, id facile erit, ad aliquam speciem horum V. generum referre, si recordetur Studiosus, dicta rem describentia, aut definitia pertinere *ad species generis didascalici*. Et porro; si descriptio sumpta sit à persona, tūm referendam esse ad *primum argumentum Generis Didascalici*, si sumpta sit à modo quo quid actum est, tunc referendum esse *ad quartum argumentum Generis Didascalici*; si à loco, tunc pertinere *ad septimum argumentum ejusdem Generis*, &c. Sic enim fieri nequit, ut quicquam fiat obviam lectori, quin illico possit referri ad certam speciem sive articuli fidei, seu virtutis aut vitii, & quin possit ulterius referri, ad hujus vel illius virtutis aut vitii considerationem in genere Didascalico, vel quocunque alio; quin denique pertineat ad certum aliquod argumentum hisce Generibus proprium.

Loci amplificantes,  
quomodo consignan-  
dis

5. Qui his quinque rubricis sextam generalem voluerit addere, sub qua cōprehendat locos illos topicos, per quos quodvis thema simplex, v.gr. *Gastitas* potest amplificari; & quos capite 1. §. 6. & seqq;

seqq. designavimus, ei nihil facile vide-  
tur defuturum, quin Locis Communi-  
bus id consignatur habeat, quodcon-  
que ex Sacris literis, & Patrum scriptu-  
ris, sive pro virtute aliqua, seu adversus  
vitium dici potuit. Eadem enim ratio  
est, de Taciturnitate; virtute ad octavum  
Præceptum pertinente, vel garrulitate,  
vitio contrario, & quovis alio seu dog-  
matis, seu vitio, locos Theologicos pra-  
eticos, per diversa dicendi genera consi-  
gnandi.

6. His ita constitutis, si cui ex tempo-  
re sermo formandus sit, fieri non potest,  
quoniam quoad materialia, abunde habeat,  
quod usurpet ad docendum, ad arguen-  
dum, ad informandum, ad corripien-  
dum, ad consolandum. Ratio est, quia  
*argumenta* pro singulis virtutibus & vi-  
tis, in quo vis dicendi genere servientia,  
in promptu habet, quibus utiq; in con-  
cionem efformandis nihil magis deest,  
quam connexio unius cum alio, quæ par-  
tim monstrata est cap. antecedente. Quo-  
modo processus fieri debeat ex uno genere di-  
cendi in aliud, partim in sequentibus de-  
clarabitur, quando formulæ explican-

*Usus ho-  
rum loco-  
rum.*

dæ erunt, quibus singula dicendi genera  
solent efferti.

*Ratio ef-  
formandi  
conclaves  
ex Concor-  
dantiis ex  
Lexicis.*

7. Quod si labor hic conscribendi &  
dividendi tam Vastum opus, cui piam ni-  
mis prolixus videatur, & malit ex iis,  
quæ alii jam collegerunt, panopliam  
suam instruere, poterit quocunque da-  
to themate, & brevi temporis spatio Ser-  
monem Sacrum formare ex Concordan-  
tiis, quas vocant, aut similibus libris, qui  
Indicis loco sunt, ut *Thesauro Vogelii*, aut  
*Clave Scripturæ Flacii*, præsertim, quæ no-  
viter cum additione versuum edita est,  
*Polyanthea Langij*, *Thesauro Universali*  
*Laurentij Peierling*, *Peraldi summa Virtutum & vitiorum*: *Floribus Chrysostomi*:  
*Dictionario Concionatorum Pauperum Ro-*  
*berti de Tosignano*: *Lexico Petri Perchorii*,  
aut *Sylva Allegoriarum Lauretti* (Papista-  
rum, ac qui proinde cum delectu precio-  
si ac viliis adhibendi sunt) Vel etiam vul-  
go prostantibus libris Homileticis, dum-  
modò Indices eorum perlustret, & ante-  
quam dicta vel exempla colligat, saltem  
dispositionem aliquam præconcipiat,  
secundum dicendi generæ, & propria  
cujusque Generis argumenta, num velit  
doce-

docere de hoc themate, vel an velit refutare dissentientes circa hoc thema adversarios, aut quodcumque aliud dicendi Genus adhibere? Ejus, in qua, dicendi generis, ejus speciei, ejus argumenti rubricam saltē in pagina antē prænotare oportet, in quā delineaturus est sermonem suū: Deinde argumentorū, quæ usurparurus est, series collocanda erit ordine, v.g. 1. Argumentum à natura thematis & interjecto spatio: 2. Argumentum ab effectu thematis, & sic deinceps. Similiter in Genere Paideutico: Argumentum 1. ab utilitate thematis, & interjecto spatio: 2. argumentum ab honestate rursus interjecto spatio: 3. argumentum à necessitate, & sic deinceps pro cuiusque arbitrio summa capite chartā antē conijienda, spaciis distinguenda, & lineā, vel rubrica subducenda erunt, quam exegesis sive Marte proprio, sive ab aliis mutuo sumpta, interseratur. Hac dispositione factā, si ingrediatur aliquem ex dictis libris, inveniet dicta, & exempla Scripturæ, alia describentia naturā thematis, de quo concionatur, est, hæc referet in paginā disponitum, nimis

sue, ad argumentum primum quod adhibitus est pro describenda naturâ sui thematis, alia dicta & exempla inveniet ex agerantia utilitatem ejus thematis, hæc referret in paginam dilpositionis sue ad Genus Paideuticum ejusque argumentum, quod sumere voluit ab utili, atque ita deinceps quodlibet dictum, quodlibet exemplum Scripturæ repertum in Concordantiis, aut ejusmodi indicibus, pertinebit ad aliquod dicendi genus, & ad aliquod Generis illius argumentum, pro ducendo themate, v. gr. Tacituritate, quod Concionator in Concordantiis quæsiverit. Do & facio fidem Studiosis: Si Unius Chrysostomi homiliis studium hoc adjecerint, ut eas distribuant in præscriptum Locorum Ordinem; tanto apparatu rerum & verborum se in clarituros populo, quanto paucia lii. Palmam n. præceteris fert, in rerum moralium & verborum copiâ.

8. Compendiosiorem viam hâc singularium generum per Concordantias, aut similes Indices deductione, existimat Sixtus Senensis præscriptissime in Bibliot. lib. 3. tit. De Syllabica exponendi ratione

tione, quando declarat, quomodo quodvis thema facillimè in concionem cogi possit, dummodò deducatur per solum Genus Didascalicum; definiendo primò speciem, deinde ejusattributa, pòst ejus encomia, deinceps ejus causas, modum, locum, tempus, necessitatē, utilitatem, impedimenta, pugnantia, similitudines & testimonia: pro quibus singulis argumentis ipse jubet consuli Concordantias, vel similem indicem, atque inde excipi testimonia, quæ faciunt ad definitionem thematis, pòst quærenda esse alia testimonia, quæ faciunt ad ejus causas demonstrandas; alia, quæ ad modum, quo vel thema factum sit, vel agere soleat; alia, quæ locum; alia, quæ utilitatem, atque ita pro singulis argumentis ad Genus Didascalicum pertinentibus, peculiaria dicta, exempla, & similitudines esse colligendas. Cujus rei ipse quidem Specimen edit, sumto exemplo à themate: laudis divinæ, quam, quoad singula argumenta hæc, per Concordantias deducit, non admodum difficultate. Sed illa substantia in solo genere Didascalico, præterim quando de moribus agitur,

nimir exsucca est & sterilis, ad plebis  
mores emendandos, Promissionibus,  
comminationibus & Exéplis commo-  
veri volunt animi.

*Uſus Con- cordātia- rum, per genera d- cendi , de claratur exemplo.* 9. Sic cui exemplū libeat, quod ad-  
hibitis Concordantiis, non solum per  
Didascalicum Genus, sed reliqua etiā  
deducere velit, esto thema: Evangelium  
Dominicæ XXIII. post Trinitatis, de cen-  
su Cæſari dando, qui census, si deducatur  
per Concordantias, describitur. Syno-  
nymis Matb. 17. v. 25 Rōm 13. v. 6 7. ubi  
appellatur Tributum, census, Didrachma,  
Staler, Debitum vestigal, timor, honor, a-  
mor &c: 2. Definitione, iisdem locis, &  
Deut. 20. v. 1. Subiectio, apertio portarū  
solutio tributorum: Suppositio humeri ad  
portadū, servitus amore quietis &c. Gē 49.  
v. 15. distributione in species utsūt, ser-  
vitios, & similia Gen. 49. v. 15. Ex od. i. v. II.  
1. Sā. 8. v. 17. Portatio onerum, præstatio ope-  
tarū manualium & jumentaliū ad culturā  
agrorū, vinearum, operarum mechaniarū,  
opificiorū, angariarum, onerū & officiorum  
bellicorum, tam realium, quam personaliū  
præstandor: protym eſeos in emendis mo-  
bilibus & immobilibus rebus: imò tolerandis  
etiam turpibus servitutibus & abusionibus  
inge-

ingeniorum corporum &c: (4) Deut. 20 v. 11.  
 Jos. 17. v. 13. Etiā illi, qui vi & armis alios  
 sacerdotibus imponat sub actis tributa, alia-  
 que onera. Et Salomon imperabat subditis  
 suis operas māuarias & jumentarias, in cæ-  
 dendis & convehendis lignis. 1. Reg. 5. v. 13. 14.  
 (5) in subjecta, quæ sunt omnes subditi,  
 sive indigenæ sive alienigenæ: ita Salo-  
 mon Universum populum qui remāserat de  
 Amorrhais, Hethais, Pherezais & Jebusais,  
 qui non sunt de filiis Israël, quos non potue-  
 runt filii Israël exterminare, fecit Tributa-  
 rios usq; in diem hunc. 1. Reg. 5. v. 14. c. 9. v. 21  
 1. Reg. 10. v. 14 (6) Attributa. 1. Reg. 9. v. 21.  
 Aurum, argentum, gēmas, equos, boves, de-  
 cimas &c: Rom. 13. v. 7. Jos. 9. v. 21. Deut. 20.  
 v. 11. (7) In Similia, ut: Naturalis æquitas,  
 poscit, ventrem, hepar, manus, pedes &  
 omnia membra cōferre alimentū ca-  
 piti, tanquam directori totius corporis,  
 ita &c. vel: Grex apum confert suo Re-  
 gi, tanquam suo Protectori alimenta  
 omnia, ita &c. (8) In Opposita, quæ sunt:  
 sive defraudatio, seu rebellio: 2. Sam. 20.  
 v. 1. 2. 1. Reg. 12. v. 18. 2. Chron. 10. v. 18. 2. Reg. 3.  
 v. 5. Malach. 1. 8. Seba rebellionē suscitavit  
 contra Davidem inter Israelitas. Jorobeam  
 contra Salomonem. Israelita & Qvestorem

Regis Rebabeami qui præerat tributis lapidaverunt, Regemque ipsum fugarunt & iacerunt. Mela Rex Moab, qui solvebat Regi Israël centum milia agnorum, & centum milia arietum cum velleribus suis, prævaricabatur hoc pactum, quod inierat cum Rego Israël Israëlitæ defraudebant Deum & Regem in qualitate & quantitate Decimorum aliorumq; tributorum divinorum & Regionum. Porro, si quis hoc thema ulterius per Genos Paideuticum tractare velit, & adhortari ad censum magistratui datum, reperiet in Concordantiis dictis exemplis, & similitudines Scripturarum servientia argumentis generi Paideutico propriis; ut primò, mandatum Dei, Rom. 13. v. 6. (2) aequitatem naturalem, propter securitatem vitae, pudoris, fortunarum suarum æquum erat pendere subditos tributum Saulo & Salomoni. Necessarium erat ad divinum cultum propagandum, propugnacula provincie extruenda, praesidiariū militem alendū, ut subditus Salomonis, succurrent Regi subsidio pecuniario. Necessarium erat ad avertendum periculum à suisq; ut Abigail Dividi commeatum penderet. 2. Chron. 8. v. 8. alias 20. 1. Sam. 8. v. 11. seqq.

seqq. (3) Necessitatem, 1. Reg. 9. v. 15. 1. Samuel 25. v. 18. (4) Utilitatem, Menahem Rex Israël subsidio divitium & potentum redemit vitam, libertatem & fortunas totius regni, avi & violentia Regis Assyrii. Joakim Rex Iuda in dictione tributi aurei & argentei declinavit hostilitatem Aegyptiorum. Rex Ammonitarum, & Machir, & Barzilai conciliabant sibi gratiam Davidis oblatione stratoriorum & tapetiorum & vasorum fistulium frumenti, hordei, farinæ, polenta, fabæ, lenticæ, ciceris frixi, mellis, butyri, olei, ovinum, vitulorum &c. 2. Reg. 15. v. 20. c. 23. v. 35. 2. Sam. 17. v. 27. (5) Exemplum, Cananæorum, & quorumvis aliorum populorum, sub Israëlis, Abas vero Rege, Salomone &c. Ios. 16. v. 10. Jud. 1. v. 28, 30, 33, 35. Esth. 10. v. 1. 1. Reg. 10. v. 14. &c. Denique tractaturus idem thēma per Genus Epanorthoticum, reperiet dicta in Concordantiis. 1. Interdicens, ne quis censum magistrati deneget, ut Rom. 13. v. 6. 1. Pet. 2. 13. alia, quæ afferant, denegationem hanc esse contra æquitatem naturalem, ut 1. Sam. 25. 7, 8. seqq. alia, quæ dicant esse indecoram, 1. Maccab. 11, 53. alia, quæ periculosa, 2. Reg. 24. 1. & 20. alia, quæ meritoriam

totiam pœnæ asseverent, *Judic.* 8, 7 seqq.  
*Sap.* 16. 29. Denique ad Genus Consola-  
torium pertractandū reperiet in Cō-  
cordatiis dicta alia, afferētia Deo pla-  
cere censuum largitionem, *Roman* 13, 5.  
*1. Cor.* 9, 7. alia demonstrantia, eam esse  
utilem, *2. Reg.* 23. 25. alia: Deū ea largi-  
ter solere remunerari, *Exod.* 1, 12. &c.  
Atque itapro reliquis argumētis dein-  
ceps, in quovis genere reperiet accō-  
moda dicta. exēpla, vel similitudines,  
quas spatio antè delineatos singulas ve-  
faltem aliquas collocabit & describet.

10. Atque hic modus deducēdi the-  
ma, secundū dicendi genera, per Cō-  
cordantiam magis ad docendū aptus  
videatur quām is, quem Sixtus Senensis  
tradidit, deducēdi thema per argumē-  
ta Inventionis Logicæ: Nam Sixti mo-  
dus solū in theoriā versatur, ille au-  
tē ad praxin magis utilis esse apparet

*Pigna mul-  
la metho-  
dus qua-  
drat*

11. Atque ista sūt māu ductoria,  
quā methodo in Inventione argumē-  
torum eundū, quā methodo argumē-  
ta inventa ordine combināda sint, cui  
concionatoris industria & studium, in  
evolvendis Sacris Bibliis, & SS. Patrū  
scri-

scriptis accedat oportet, quo accedēte,  
 Studiosus ipse huic methodo nihil nō  
 poterit addere, saltem, certos quosdā  
 Locorum Communem alveos habeat,  
 in quos lecta & audita referat, pro di-  
 versitate materiarū. Quibus alveolis  
 distribuēdis, rudis nostra ista designa-  
 tio inservire forsan poterit, perficere  
 eam non poterit. *Topica enim ars, ut re-*

*Granat.*

*Etē Granatensis monuit, Pharmacopējae l2. cap. 7.*  
*similis est. quæ docet quidē ex quibus herbis de Rat.*  
*medicamentum conficiatur. herbas autem concio-*  
*aliunde ipsa colligit; ita futurus concio-*  
*nator modum tractandi res invētas, ex*  
*hac methodo fortè perspiciet, res autē*  
*ipsas suā ipsius industriā comportabit.*

*nandi.*

## SECTIO SECUNDA.

*De*

### Forma Concionis assistente, seu Externa.

*De Forma**Concionis**Externā.*

I. *Forma Externa Concionis est ejus-*  
*dem, secundū partes communis Ora -*  
*toriae, artificialis dispositio.*

2. *Dicta*

*Cur sic di-  
cta?*

*Quotu-  
plex,*

2. Dicta est *Affīstens & Externa*, quod nullā intrīnsecā necessitate, sed Concio-  
naroris voluntate, in Sermonis Sacrae-  
sentiam perferatur potius, quam ingre-  
diatur; cū Prophetarum & Apostolo-  
rum, Pactum eriam pleræq; conciones,  
et si partes illas Orationis, quoad māte-  
riam includant, eārum tamen raro ser-  
vent ordinem, & ut plurimūm sine Ex-  
ordio, dicendi faciant exordium, sine  
Propositione proponant, & sine confu-  
tationis mentione adject àconfutent,  
*Chrysostomo excepto*: uti solenne est præ-  
fari in homiliis.

*1. Techno-  
logica.*

3. Estq; duplex; vel *Technologica*<sup>sa</sup>,  
vel *Pathologica*.

4. *Technologica* consistit in concionis  
artificiali distributione in partes, & par-  
tium invicem connexione.

5. Partes Concionis sunt, vel *Genera-  
les*, vel *Speciales*.

*Partes  
Concionis  
generales.*

6. *Generales* sunt 5. *Exordium, Propo-  
sitio, Partitio, Deductio & Peroratio*. Qui-  
dam Ecclesiastici Oratores sex nume-  
rant, addendo *Confutationem*, tanquam  
essentialem, ut profanæ orationis, sic  
Concionis Sacrae quoque partem; quæ  
tamen

tamen Concionis in genere sic dictæ, es-  
sentialis pars non est, sed Generi Elen-  
ctico propria, quod genus profani Rhe-  
tores *judiciale* vocant; &, quia hoc Ge-  
nus olim potissimum Rhetoricæ partem  
absolvebat, ideo antiqui Rethores *Con-  
futationem*, *Orationis essentialem* par-  
tem constituerunt.

7. *Speciales partes sunt, cujusque* Partes  
speciales.  
*partis generalis argumenta constituti-*  
*va, & amplificativa, & subdivisio Par-*  
*tium principalium in membra, sive etiā*  
*Aphorismos minutiores. Circa quas sub*  
*divisiones partium generalium. Exordii*  
*cum primis, Propositionis, Partitionis &*  
*Perorationis cavendum, ne in Exordio*  
*præter unum thema, aut gnomen unam,*  
*thematici proponendo & deducendo affi-*  
*nem disparatæ res & species coacerven-*  
*tur, sed argumentum in concione pro-*  
*ponendum commendetur paucis iisque*  
*efficacibus argumentis in Præfatione:*  
*paucis iisque evidenter & adæquatis*  
*verbis ob oculos ponatur in Propositione:*  
*in causas, effectus, attributa, opposita,*  
*partes dividatur in Partitione: & sum-*  
*mariè repetatur in Epilogo. In Confirma-*  
*tione*

tione quoque seu *Deductione* plures subdivisiones unius partis specialis, præter duas vel ad summum tres non admittantur, quæ singulis Testimoniis & Exemplis scripturarū muniantur. Alioquin enim nihil succi exprimetur ex tali sermone, sed erit velut fasciculus ari- dorum lignorum, velut Sceleton & de- lineatio corporis elanguis, aut filia ta- be consumpti jecoris, aut linea & cir- culi Sphæra armillari.

**2. Patho-  
logica.**

8. Forma concionis Pathologica, est ejusdem per verba res & gestus, mo- vendis affectibus aptos, interdistincta descriptio; & pronunciatio, de qua in- ferius.

Sequitur, de partibus Concionis generalibus.

## CAPUT VI. De EXORDIO Concionis in Genere.

**Exordium  
Concionis**

1. Exordium est primo Concionis pars, sternens themati viam, & audito- rum benevolentiam atque attentionē im petrans, idque est vel fixum vel muta- bile.

*2. Fixum*

2. *Fixum est communis ille introitus*

*(In nomine Patris, Filii, &c. vel: Quod  
ratum habeat Deus Opt. Max. vel: quod*

*Fixum seu  
commune.*

*sumitur à Precatione, ut: Emitte Deus*

*Spiritum tuum &c.) ex Psalm. 43, 3. Sap. 9, 1,*

*seqq. qui non solet pro varietate thema-  
tis subinde variari, sed statis verbis cui-*

*libet concioni præmitti; In diebus tan-  
tum festis, aut quando de peculiari, &*

*non vulgari themate concio habenda  
est, pro ratione thematis, aut pericopæ*

*Evangelicæ, solet aliquando introitus*

*fieri per hymnum quendam Propheti-  
cum, ejusque ad præsentem solennita-*

*tem a accommodationem, vel, si de ma-  
gno mysterio, aut realioquin gravi di-*

*cendum sit, quæ singularem mereatur*

*auditorum attentionem, solet fieri per*

*silentii imperationem, ut Habac. 2. v. 20.*

*Dominus est in templo sancto suo, sileat co-*

*ram eo omnis terra! Vel per invitatio-*

*nem ad auscultandum, ut Mich. 1. v. 2:*

*Audite populi omnes, & attendat terra,*

*& quæ sequuntur: Vel promissionem:*

*dicturos nos de re perquam arduâ; ut*

*psalm. 81. vers. 9. Audite populus meus &  
contestabor &c. Psalm. 78. vers. 1. Attende*

*popu-*

*Aliquan-  
do varia-  
tur, pro di-  
versitate  
concionū.*

populus meus, & quæ seqq. Vel, si textus ita fert, introitus fieri potest ab Aphorismo quodam, sive laudatorio, si thema eius generis est, ut Mat. b. 21. v. 9. Benedictus qui venit &c. Luc. 2. v. 14. vel ex Eph. 1. v. 3. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nobis in omni &c. Vel per aphorismum quendam abhortatorium, si thema sit Generis Paideutici, vel Epanorthotici, ut illud Luc. 8. de parabola seminantis: *Qui habet aures ad audiendum, audiat vers. 8.* Vel denique per emblemata aliquod typicum, ejusque ad praesentis thematis naturam applicacionem: ut Gen. 28. *O quam sanctus est locus iste: Hic nihil aliud quam Domus Dei & portæ cœli!* Apoc. V. 2: *Quis est dignus aperire librum hunc & solvere signacula eius?* Deo insuper invocato, ut elevatis mente & manibus dignos nos faciat hujus thematis tractatores, quæ invocatio communiter solet anecti introitui hoc m: *Quia verò hoc nostrarum non est virium, ideo imploramus &c. vel: Hoc thema tractaturi, aut: dum de his dicimus, invocamus &c.* Vel, ut fides & mores nostri, his à nobis direndis informentur, erigite corda &c. & prece-

præcamini orationem Dominicam, ut, facturus introitum in Festo Pentecostes, ad concionem, de descensu Spiritus Sancti, si præmittat; Jacobum Patriarcham cum Angelos vidisset cœlo descendentes, exclamasse: *Quām sanctus est locus iste, hic est Domus Dei, hic porta celo*, Gen. 28. v. 17. Atque hoc accommodaverit: Posse Christianos in Ecclesia congregatos, ad descensum Spiritus Sancti id multò magis exelamare; &c. Deinceps votum sic annexit. *Hujus vero caelestis hospitis, aut domini, ut & nos participes fiamus, agite invocemus eum, qui promisit, se daturum Spiritum Sanctum petitibus &c.* Vel si introitus à dicto aliquo exhortatorio factus fuit, connexio fieri potest, hoc modo: *hac vestigia ut premamus, fratres, agite experamus nobis ducem Spiritum S. per orationem Dominicam &c.* Vel, si ab exemplo, h. m. *Hanc pietatem, ut & nos strenue imitemur, Deum qui operatur in nobis & velle & perficere, imploremus Oratione Dominica.*

In Concionibus Nuptialibus, & Funeribus solet Introitus mutari, sumpto solemnies argumento in illis quidē, à dicto aliquo pro cœcione.

nibus nu-  
ptialibus  
aut fune-  
bribus

gratulatorio, in his, à Consolatorio, ejusque ad præsentes, sive Sponsos, sive defunctos accommodatione, h.m. Quod Propheta, sive Apostolus, Dei cultoribus, tanquam jucundum præmium promittit, ejus effigiem spectatis, auditores, in præsenti festivitate nuptiali; Vel pro funere h modo: Quas pœnas Deus Opt. Max. impietati populari cōminatus est, harum exsecutionem spectatis in surreptione hujus viri aut juvenis, si (præcipuus sit) vel, si quis malâ morte perierit, hoc modo: Hujus pœnæ spectaculum nobis præbet funus præsentis &c. aut alio quovis modo, qui ad rem maximè spectat.

*Textus nuptiales, eorumque elaboramen vide apud Chrysost. Homil. de Turture, Tom. V. quam ad spirituales nuptias inter Christum & Ecclesiam, & postea quoque ad Christianorum conjugum nuptias applicat. Et homil. 56. in Genesim de nuptiis Jacobi & Rachelis Tom. I. Ec peculiarem homiliam in nuptias Canaanas Job. 2. Tom. 3. post Commentarios in Johannem.*

Ekequia-

Exequialium autem sermonum typum  
vid. Tom. V. homil. in sanctum Babylon,  
& Tom. 3. in fine de S. Philogonio &c in Ju-  
venitum & Maximum Martyres: apud Am-  
brosum in obitum Satyri fratribus. Sororis  
Gorgoniae. Valentiniani imperatoris. Na-  
zianzeni orationem in obitum Basili, &  
Casarii fratribus. Et Hieronymi Epistolas  
Exequiales quam plurimas, inter quas  
praestant Epitaphium Nepotiani, Epistolæ  
in obitum Blsillæ, Paulæ Romanae & Mar-  
celle. Et cum primis Cypriani Sermo de  
mortaliitate magno spiritu conscriptus.

Exordiorum autem & thematis ipsius  
elaborationem, in hisce dicendi occa-  
sionibus, ostenderunt ex nostris D. Bal-  
duinus Ideæ part. 3. cap. 14. 15. Ex Roma-  
nenibus Carolus Regius Oratoris lib. V.  
cap. 16. 17. lib. IX. cap. 19. 20.

3. Circa hæc autem & alia Exordia id  
in primis notandum est ut 1. fiant brevis-  
simè, ne appareant esse pars quædam  
concionis, nec auditorem in primo li-  
mme fatigent. 2. ut à dicto, vel exemplo  
pathetico fiant, non vulgari, & ubivis  
existante, ne auditorem, quem in introi-  
tu acuere debemus, primâ fronte hebe-

temus.3. ne ad quamvis concionem introitum solennem variemus, sed cum singulare quidpiā dicturi sumus; Quod enim commune & ordinarium est, facile vilescit; Vicissim, quod rarum & acer, stimulat auditorem.

Ita Chrysostomus, durante metu & trepidatione populi Antiocheni objectas Imperatoris & Imperatricis statuas, plerosque sermones interea habitos auspicatus est ab hoc Epinicio: Benedictus Deus, qui dolentes animas vestras consolatus est, & trepidas mentes confirmavit &c.

Homil. 4. seqq. Redditque rationem homil. II. 12. & 20. in ipsis exordiis, cur ita exordiatur: Cum preteritam tristitia hyemem, & presentem cogito tranquillitatem, inquit, non desino dicere: Benedictus Deus, qui facit onia & ipsa transmutat: qui fecit lucē de tenebris, qui deducit ad portas inferni & reducit: qui castigat & non mortificat &c. Et hoc Vos continuè dicere volo, nec desistere

Homil XII. sic orditur: Et beridi, Benedictus Deus! Et hodie hoc ipsum rursus dicam. Etsi enim gravia præterierunt,

runt, tamen gravium memoriam præterire non oportet &c. Et de hinc prolixo Exordio commemorat utilitatem jugis memoriae de pristino tremore.

Homil. XIII. Ab eodem principio, & iisdem proæmiis, quod heri & nudius tertius cepi, & hodie incipiam. Dicam & nunc: Benedictus Deus, qualem præteritum vidimus quaternionem Lunæ, qualem nunc videmus præsentem? quantæ in illo obscuritas tunc erat, quanta in præsenti tranquillitas? Tremendū illud in civitate Tribunal erexit, & conquassavit omnium corda, & diem nocte nibile meliore m' esse effecit &c. Et mox reficare incipit pristinæ calamitatis memoriam.

Homil. XVII. Oportunè omnes hodie que concinuimus: Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia magna Solus? Eternam miranda, & opinionem excedentia hisce diebus facta sunt. Urbem totam, & tantum populum ad submersionem damnatum, & ut sub undas ageretur, funditusque perderetur, uno temporis momento, ab omnina sufragio liberavit! Gratias igitur agamus, non tantum quod hiemem solvit, sed quod eā induci permisit &c. Atq; hinc ad utilitatem præ-

ritæ calamitatis exaggerandam provehitur.

HOMIL. XX: A verbo, à quo semper in periculorum tempore apud Charitatem Vefiram oratione cōsueveram, ab eodem inquam, & hodie apud Vos seruonem incipiam & vobiscum dicam: Benedictus Deus, hanc Nos vobis cum Sacram solennitatem cum gudio multaque leticia hodie celebrare dignatus: Qui & caput corpori reddidit, Et Pastorem ovibus: Praeceptorem discipulis, Militibus dum cem, Sacerdotibus Pontificem! (de Flaviano Episcopo loquitur, non de se tunc presbytero, ut homil. 3.) Benedictus Deus, qui ex superabundanti facit, quæ petimus aut cogitamus! Quis enim expectasset &c:

Mutabile  
Exordium  
quod?

Eius Ca-  
nones ge-  
nerales.

4. Mutabile Exordium est pars Concio-  
nis, quæ post factum introitum, & pre-  
cess, solet pro genere, Causæ variari, ad  
informandum auditorem de dicendis,  
eumque attentum faciendum.

5. Cujus efformandi sunt in genere hi  
Canones: I. Laudabilius esse Exordi-  
um, quod trium, quatuor, aut ad sum-  
mum quinque periodorum ambitu cō-  
cluditur. Reprehenderunt nos amicorum  
qui

poterit ab Auditorum aviditate, nostra  
imbecillitate, materiæ sublimitate, &  
difficultate; Dei & Angelorum inspi-  
cientium & attendentium majestate &c.  
ac deinceps per exhortationem ad au-  
dientiam, solet fieri progressus ad pro-  
positionem.

Sic idem dicendi magister, *Chryso-*  
*stomus*, de sublimi illa visione cap. 6. Je-  
saïæ dicturus sermonem primum & se-  
cundum ferme totos complere, exagge-  
ratione sublimis illius apparitionis, no-  
stræ imperfectionis, debitæ attentionis,  
ad templum congregationis &c. Quæ,  
quia accommodari cuvis mysterio pos-  
sunt, quantum huc pertinere videbun-  
tur, apponemus.

" 4. Homiliam i. sic orditur: *Conficio Introitus*  
" *vos multo studio admittentes, ut ad esse* 1. ab avi-  
" *etum perducatis, quæ heri à nobis dicta ditate Au-*  
" *sunt, eo que nunc haud gravatè semen dientium.*  
" *doctrinæ jacimus, quod hinc bona spes*  
" *salit animum nostrum. Nam & agri-*  
" *cola, cum non sine labore quidem se-*  
" *mina deposituit, sed videt terram fera-*  
" *ncem segetumque proventu exuberan-*  
" *tem, superiorum laborum oblivisci-*  
" *cur,*

gium lib. 8. cap. 6. Bucanum in Ecclesiaste  
pag. 13. Alsted. in Methodo Omotoris perf. Et  
4. cap 10. Meth 6. cap. 26. Theolog. Prophet.  
part. 1. cap. 11. & 12. &c. &c. Ut propter ma-  
jorem & arctiorem cohaſionem cum  
textu, Exordia post conceptam demū  
orationem confiantur.

6. *Sedes Argumentorum, ex quibus*

*Unde su-* Exordia sumuntur, pro diversitate Ge-  
*menda* generis dicendi, tot sunt, quoꝝ sunt sedes  
*sint Exor-* argumentorum cuivis dicendi Generi  
*dio.* proprietatum loca Exor-  
diorum plerumque esse talia, quæ gene-  
ralem quandam thesin tractent, cujus  
species quasi sit textus, pro concione e-  
narrandus, ut: si quis de fraticidio Ab-  
ſolonis dicturus esset, Exordiū non in-  
epte ſumeret ſive à dicto ſive ab exēplo  
aliquo, quo vel livor, vel dolus, vel vin-  
dicta, vel iracūdia, vel luxuries, ab effe-  
ctu graphicè describeretur, eamq; ſenten-  
tiam amplificatam uno ſaltem argumē-  
to Logico, quod cōveniētissimum effet,  
ad turpitudinem alicujus horū vitiorū  
depingendam, deinceps ad ſpeciē faci-  
oris, ab Absolone commissi, accōmo-  
daret, hoc ferè m: Perspicit A. livoris,  
(ira-

quidam, quòd longiora Concionum Exordia faciamus, &c. Chrysost. Tom. 3. homil de fere rendis reprobationibus, quæ homilia in Edit. Comelianæ Græcolat. & in edit. Henrici Saritii refertur ad Tomum V. τὸς ἐγκαλέσουσας τῷ οὐτε μήκες τῶν τοιούτων, Quo sermone rationem reddit: Quando & apud Quos opus sit longioribus exordiis: (2) Quod directè cum textu connectitur, & non per ambitus diversarum sententiarum, earumque contrarias connexiones tortuosè ad textū infertur. In qua parte multum & frequenter erratur. (3) Exordium oportet esse non solum textui conveniens quo ad rem; sed etiā quo ad dicendi genus, verecundum, modestum, humile in Generi Elenctico, Didascalico & Consolatorio; Arduum verò & sublimi ingeneri Ephanoorthotico, & Paiteudico. 4. Exordia, ut statim ab initio auditorem delectent, gnomis potius & acutis sententiis, quam longa verborum propagine constare oportet. Quæ ferè communia sunt profanis & Sacris oratoribus monita, apud Cic. lib. 1. de Invent. Granat. lib. 4. de ratione concionandi cap. 1. Carolum Re-

(iracundiæ, luxuriæ, vel quocunq; ex his vitiis pro Exordio tractandum sumserit,) infinita mala, cùm totâ die in cuiuslibet conditionis hominibus existantia, tûm maximè in hoc nefando fratricidii exemplo, quod ad majorem hujus (vel illius viti, quod pro Exordio tractatum est) detestationem vobis persuadēdam, enarrare præsumpsimus. Vel.h.m.  
 Inter cætera, quæ sane plurima sunt, & funesta mala, ex venenatâ hac radice (intellige vitium pro Exordio tractatū) pullulantia, insigne vel præcipuum hoc est, quod ad perpetuam detestationem, in infelice illo Absolone Spiritus Sanctus nobis proposuit. Vel adducto dicto Ecclesiastici cap. 23.22. *Anima calida quasi ignis ardens: non extinguetur donec aliquid glutiat.* Vel ex v. 23. *Homo nequam in desiderio carnis suæ nō desinet, donec succendet ignem.* Vel ex v. 24. *Homini fornicatorio omnis panis dulcis, nō fatigabitur donec ēc.* Vel ex cap. 22.29. cap. 27.16. *Quām hoc nimis verè pronunciatum sit à Viro sapientissimo, cernitis his oculis Vestris, in ēc.*

2. Si thema fœcundum, vel etiam repetitu necessarium sit, possunt exordii

loco summa capita repeti, ex antecedente concione, & introitus loco; excusatio quædam præmitti, quod tam frequens repetitio ejusdem capitum maximè necessaria sit. Hoc fecisse Petrumz. Ep. I. 12. 13.  
*Non definam vos de his semper commane facere, quamvis scientes & confirmatos in veritate. Equam enim arbitror, quamdiu versor in hoc tabernaculo, excitare vos per frequentem admonitionem &c.* Hoc paulum fecisse, Phil. 3, 1. *Quod eadem vobis scripsi, mibi quidem molestum non est, vos autem magis confirmat.* Hoc Regem sapientissimum observasse Proverb. 22. 19, 20, 21. *Quotidiè mihi admonendus es &c.* Cujusmodi exordia frequenter recurrent apud Chrysostomum, præcipue in Genesim. & apud Augustinum comment. in Iohannem & Psalmos. Chrysost. homil. 8. ad pop. ab init. *Audistis beri, quomodo omnis scriptum consolationem affers & refrigerium, præter historiæ narrationem &c.* Cujusmodi exempla inferius occurunt plura.

3. Eadem ratio Exordiorum est, quæ sit per progrediendi formulam ab uno capite ad aliud; ut: *Dudum vobis feci-*

*misi.*

mus, Auditores, nos historiam hanc jncundam, utilem, luctuosam, &c: vobis explana-turos, sed præter opinionem circa istud vel illud caput detenti sumus. Sic Chrysost. ho-mil. 2. de verbis Jesaiæ: Vidi Dominum, cum in fine ejus homiliae proposuisset di-cere de initio illius capititis Jesaiæ: Operæ pretium igitur est, exponere vobis, quis fue-rit iste Ozias, quanto tempore regnaverit &c. Mox excusat se, non detinendos esse Au-ditores, h. m: imò potius jam silendum est, eò quod necessarium fu in immensum histo-riarum pelagus orationem solvere.

„ Qui verò per tale mare sunt iter fa- Argumen-tum cur  
cturi, necesse est, non fatigatis, sed in- non sint  
tegris remigibus viam capeant Nam defatigan-di audi-tores.  
„ hanc ob caussam passim per mare por-tus insulæque posita sunt, ut gubernator, & vector refocillentur, hic qui-dem remo deposito, ille verò exurgens.  
„ de clavo. His de caassis & diversoria,  
„ cauponæque ubiq; per vias excogita-ta sunt, ut jumenta simul cum viatori-bus à labore recreentur. Eo que & do-trinæ sermoni, silentii tempus præfi-nitum est, ut neque nos ipsos deterreamus verborum multitudine, neque vos.

„ vos de classemus Atque haec tempora  
 „ novit Salomon dicens: tempus tacen-  
 „ di & tempus loquendi. Sit igitur & no-  
 „ bis tempus tacendi, quo detur & præ-  
 „ ceptori tempus loquendi. Nam quæ  
 „ nos afferimus, similia sunt vino, quod  
 „ recens è lacu haustum est: quæ verò  
 „ dicuntur ab illo, (præsente Episcopo)  
 „ similia sunt vino, quod, quoniam ve-  
*Digressio*  
*ad presen-*  
*tem aliam*  
*Episcopum*  
 „ tustatem seniumq; collegit, multam  
 „ ad fert tū utilitatem, tū vim iis, qui  
 „ opus habent. Nobisqne accidit hodie  
 „ illud Evangelii: post deterius vinum,  
 „ id quod melius est infertur. Et quem  
 „ admodum illud vinum non vitis ge-  
 „ nuerat, sed virtus Jesu Christi fecerat:  
 „ ita & hujus sermonem, non humana  
 „ profundit cogitatio, sed Spiritus San-  
 „ cti gratia. Quoniam igitur, hujus li-  
 „ quoris fluxus copiosus est, & spiritua-  
 „ lis, studiose excipiamus, caute serve-  
 „ mus, ut assidue irrigati, tempestivum  
 „ adferamus fructum Deo, qui hic lar-  
 „ gitus est, cui gloria, honor & imperi-  
 „ um cum Domino nostro Jesu Christo,  
 „ Sanctoq; Spiritu, nunc & semper, &  
 „ in secula seculorum Amen.

Ita

Ita finit sermonem 2. per excusationem de clapsō tempore, & quia, præsente suo Episcopo dixerat, quem *Præceptorē* vocat; huic dicendi honorē defert, illique attendi postulat.

Sermone verò 3. cum pauca premisset in laudē dicti Episcopi, reliquias quorundam Martyrum deferentis Constantinopolim; recordatur nominis, proximā concione nondum soluti, atque ita infit: Sed in præsentia sermonem de Martyribus servabimus Martyrum æmulatori, mihi que vobiscum communi Doctori:

" Nos ipsi verò nunc de Ozia dissere- *Comme-*  
 " mus, jam pridem æs alienum dinue- *moratio-*  
 " rantes, diuturnosq; audiendi nixus *promissio-*  
 " solventes. Nam parturit, sat scio, u- *nissupe-*  
 " nusquisque vestrūm, cupiens audire *riori con-*  
 " illam historiam, atque parturitionē *cione fa-*  
 " nixumque nos interim distulimus, nō *llæ.*  
 " ob id, quod cuperemus vobis intēde-  
 " re cruciatū, sed quod studeremus ve-  
 " strum accédere desiderium, ut, vobis a  
 " me cōvivio exceptis, meus apparatus, *Excusatio-*  
 " quā lautissimus ac suavissimus videre- *dilationis*  
 " tur. Nā orentis convivatorib⁹, si cōvi-  
 " vas acceperint saturos, licet apparatus  
 " lauti

„lautitiâ, & eduliis opipatis, illorum  
 „appetentiam excitare: ceterum pau-  
 „perem mensam non alia res aquæ facit  
 „videri splendidam lautamq;; quam, si  
 „qui ad illam accubituri sunt, obtingat  
 „famelici. Quis igitur est Ozias, ex qui-  
 „bus majoribus ortus est? quorum Rex  
 „fuit, quanto tempore regnavit, quid  
 „cum laude gesit., quid fecus? postre-  
 „mo, quo pacto vitam absolvit? (*Hæ sunt*  
 „partes propositionis.) De his omnibus  
 „apud vos in præsentia differemus; imo-  
 „potius, quantum de his omnibus dice-  
 „re licebit, ita, ne multitudine confun-  
 „damus Vestrâ memoriam id quod in  
 „lucernis accensis accidere solet. (*Di-*  
 „*gressio ad excusationem, se non prolixè di-*  
 „*eturum.*) Nam, si paullatim ellychui  
 „instillaveris oleum, satis alimoniae de-  
 „dederis igni: si totum simul infuderis  
 „oleum, non solum non alueris ignem,  
 „verum etiam flammarum, quæ erat, ex-  
 „tinxeris. Hic igitur Ozias è stirpe Da-  
 „vid duxit genus &c: atque ita ad confir-  
 „mationem progreditur.

Si materia ardua & sublimis fuerit,  
 de qua habêdus sermo: Exordium sumi  
 poter-

„tur, atque ad reliquum operæ, conser-  
„vationemq; priorum, lucri expectatio  
**2. Commē-  
datione  
rerum au-  
dienda-  
rum.**  
„, ne excitatur. Verum hæc agricolatio-  
„, quanto feracior quantoque lucrosior  
„, est! Nam illa quidem frugum sensibi-  
„, lium copiam adferens, corporibus re-  
„, ponit alimoniam, hæc verò, dum ser-  
„, monum deponit doctrinam, spiritua-  
„, liumque donorum abundantiam ad-  
„, fert, animi divitias recondit; Almo-  
„, niam; quæ nec consumi, nec vitiare  
„, potest; Reditus, qui neque pereunt,  
„, neq; corrumpuntur, sed arcana qua-  
„, dam & ineffabili providentiâ conser-  
„, vantur, quorū ususfructus mēte per-  
„, cipitur. Hic est meorum laborū pro-  
„, ventus: hæ sunt opes quas vestræ cha-  
„, ritati recondimus. Has itaq; cum cō-  
„, sidero à vobis agnisci, gaudeo sēper,  
„, ut qui non frustra sementē fecerim;  
„, ut qui non incassum labores pertule-  
„, rim; ut qui in effrugiferam pinguem-  
„, que terrām, & ad fructificandum ido-  
„, neam, semen jecerim. Unde igitur hoc  
„, lucrum fore conjecto, unde perspicio  
„, sermones ad opus proficere? Nimirū  
„, ex hoc cōcursu, ex eo, quod Ecclesiam,  
„, omniu-

„ omnium matrem amplectimini, ex  
„ hac per nocte perpetuaque statione; ex  
„ eo, quod angelorum ordinū statio-  
„ nem imitantes, sine cessatione laudes  
„ & hymnos offertis conditori. O mira  
„ Christi dona! in superis, exercitus an-  
„ gelorum canunt gloriam, in terris ho-  
„ mines, in Ecclesiis choros agentes ad  
„ illorum exemplum eandem canunt  
„ gloriam... Insupernis, Seraphim ter-  
„ Sanctum illum hymnum resonant: in  
„ terris eundem hominum promit mul-  
„ titudo, communiterq; tum cœlestium,  
„ tum terrestrium plaudit celeritas. U-  
„ na gratiarum actio; una exultatio; una  
„ benevolentis gaudentisq; chorœ sta-  
„ tio. Hanc enim ineffabilis Domini, se-  
„ se ad nos demittentis bonitas cōpro-  
„ bavit, hanc electam Spiritus congrega-  
„ vit sanctus: hujus vocis concentus pā-  
„ terno beneplacito congruit: è cœlis  
„ habet modulorum cōsonantiam, dum  
„ à Trinitate velut à plectro quopiam  
„ movetur, delectabile illud ac felix re-  
„ sonat melos. Illam angelicam cantio-  
„ nem, illum desinere nescium concen-  
„ tum! Hoc est studiū presentis alacrita-

„ tisque vectigal; hic conventus nostri  
 „ fructus. Eoque gadeo, talem conspi-  
 „ ciens in vobis probabilem affectum;  
 „ gadeo, dum animorum vestrorum  
 „ benevolentia alacritatemque consi-  
 „ dero, dum gaudium spirituale, dum  
 „ juxta Deum exultationem. Neq; enim  
 „ illa res tantum adfert gaudii vitæ no-  
 „ stræ, quatum hoc, quod ex animo gau-  
 „ deatis in Ecclesia congregari. In Ec-  
 „ clesia gaudientium conservatur gaudi-  
 „ um, in Ecclesia dejectorum animorum  
 „ est recreatio. In Ecclesia dolentium est  
 „ voluptas, in Ecclesia defatigatorum  
 „ respiratio, in Ecclesia laborantium re-  
 „ quies, Venite enim, inquit, post me,  
 „ qui laboris & onerati estis, ego resi-  
 „ ciam vos Quid hac voce possit esse de-  
 „ siderabilius; quid hac invitatione ju-  
 „ cundius? Ad epulum te vocat, qui in  
 „ Ecclesiam te vocat Dominus Ad rele-  
 „ vationem pro laboribus adhortatur,  
 „ ad relaxationem à molestiis; transfert  
 „ pondus peccatorum, allevans animi  
 „ molestiam delitiis, gaudio mœrorem  
 „ sanat, ô miram ejus curam, ô vocatio-  
 „ nem coelestem! Festinemus itaque di-  
     lecti;

4.  
 Ab utilita-  
 te frequē-  
 tationis  
 Ecclesia-  
 stica.

5. Incita-  
 tione ad  
 diligen-  
 tiā.

» lecti; ut eandem alacritatem in lon-  
 » gum tempus porrectam exhibeamus,  
 » & cum conveniente modestia conside-  
 » rationeque decente hanc consumme-  
 » mus. Etenim de hoc vobis hodiernum  
 » sermonem movere volo, in speciem  
 » quidem molestum, cæterum levem, u-  
 » tilemque veritate. Sic enim & aman-  
 » tes liberorum patres faciunt: Non so-  
 » lùm ea, quæ ad breve tempus delectat,  
 » verùm etiā quæ molestiam adferunt,  
 » filiis adhibent: nec ea modò præcipi-  
 » unt eis, quæ statim ostendunt utilita-  
 » tem, sed quæcumque videntur quidem  
 » esse molesta, salutaria tamen sunt, si  
 » perficiantur, & hæc multâ curâ docent,  
 » diligenterque flagitant ab eis, ut con-  
 » serventur. Atque hunc sermonem in  
 » longum producimus, ne præsentem  
 » laborem frustra insumamus nec susti-  
 » nentes vigiliæ necessitatem, inutiliter  
 » in pugilum certamine versemur, ne  
 » voces in acrem dissolutæ, ad detrimen-  
 » tum sonent potius, quam ad lucrum.  
 » Neque enim negotiator è longinquo  
 » mercem importans, vehementē ven-  
 » torum incursum, undarumq; exorien-

6. Excusa-  
 tione pro-  
 lixitatis in  
 dicendo.

7. Adhōr-  
 tatione ad  
 attentio-  
 nem,

„ tium procellas sustinens, frustra & in-  
 „ cassū suscipere creditur ejusmodi la-  
 „ bores, verū ideo maria secat, & au-  
 „ dax est aduersus pericula, locaq; locis  
 „ commutat, totasq; noctes ducit inso-  
 „ mnes, ut negociatione ditescat. Quod  
 „ si non contineat, sed cum lucro, etiam  
 „ sortis jacturam faciat, ne solvere qui-  
 „ dem ancorā poterit, nec illa varia per-  
 „ ferre discrimina. Hoc itaque scientes,  
 „ cum decente circumspectione huc ac-  
 „ cedamus, ne pro peccatorū remissio-  
 „ ne etiam accessionem peccatis adjun-  
 „ ctam, domum referamus. Quid autem  
 „ est quod quæritur, quodq; à nobis re-  
 „ poscitur? Ut dum divinos hymnos re-  
 „ sonamus, multo tremore cōtracti, mul-  
 g. Debor- , tâque religione ornati, ita demum eos  
 tatione ab , offeramus. Nam sunt quidā iuter hos,  
 mimode- , qui hic adsunt, quos ne vestræ charita-  
 fia. , ti quidem arbitror esse ignotos, qui  
 „ contemnentes Deum, ac Spiritus elo-  
 „ quia pro vulgaribus ac profanis du-  
 „ centes, in compositas voces emittunt,  
 „ nihiloq; melius se gerunt his, quos ha-  
 „ bet insania; toto corpore tumultuan-  
 „ tes ac circumacti, moresq; præ se ferré  
     tes

tes à spirituali statione alienos. Miser  
 & infelix ! oportebat te cum tremore  
 ac reverentia angelicā glorificationē  
 resonare, cumq; terrore confessionem  
 reddere cōditori, ac per hanc delicto-  
 rum veniam postulare. Tu verò mimo-  
 rum & saltatorum mores huc inducis?  
 dum indecenter manus jactas, pedibus  
 subsaltas, totoq; circū ageris corpore,  
 Et quī sit, ut non metuas neq; horre-  
 scas; hæc audens adversus talia eloquia  
 non cogitas, ipsū hīc invisibiliter ad-  
 esse Dominum, qui unius cuiusq; mo-  
 tum metitur, & conscientiæ rationem  
 habet? non cogitas, quod angeli huic  
 stupendæ assistunt mensæ, cumq; reve-  
 rentiā hanc circum vallant? verum, tu  
 ista non cogitas, quoniam ea, quæ in  
 theatris audiuntur, quæq; spectantur,  
 mentem tuam obscurarūt: & ideo, quæ  
 illig geruntur, in Ecclesiæ ritus inducis  
 Ideo clamoribus nihil certi significā-  
 tibus, animum incompositum evulgas.  
 Quomodo ergo veniā postulabis tuo-  
 rum delictorum? quomodo in domum  
 tuam recipies Dominum, qui usq; ad-  
 eo contemptim offers precationem?

9. Terrore  
immoder-  
storum.

„ Misereri mei Deus, inquis; ac mores à  
**10. Expro.** „ misericordia alienos declaras, Cla-  
 bratione „ mas, serva me, & speciem à salute alie-  
 ejusdem. „ nam exprimis Cur se extendunt ma-  
 „ nus ad supplicandum, quæ semper ad  
 „ sublime jactamur, & in decore circum-  
 „ vagantur, quæque vehementi clamore  
 „ violentoq; impulsu strepitum habent,  
 „ nihil certi declarantem? An non ista  
 „ quidem partim sunt mulierum, in tri-  
 „ viis meretriciam artem exercentium,  
 „ partim verò eorum, qui in theatris vor-  
 „ ciferantur, sunt exempla? quomodo  
 „ igitur audes angelorum, Deum glori-  
 „ ficantium hymnis, Dæmonum admi-  
 „ scere Iudicera? quomodo autem non  
 „ veteris hanc vocem, quā illic profert  
 „ dicens: Servite Domino in timore, ex-  
 „ ultate ei cum tremore? Hoccine est  
 „ cum tremore servire, sic diffundi di-  
 „ stendique, ut nec ipse scias, quæ loqua-  
 „ ris incomposito vocis boatu? Istud ve-  
 „ rò contemptus est, non timoris; arro-  
 „ gantiae, non modestiae; illud ludenti-  
 „ um est potius, quam confitentium.  
 „ est ergò servire Domino in timo-  
 „ re? Quum omne præceptum perfec-  
     tum

„timus, cum tremore contractioneque  
 „hanc confessionem facere, corde con- 11. Præscri-  
 „strito menteque submissâ preces offer- ptione mo-  
 „re. Nec solum servire in timore, ve- di moti-  
 „rum etiam exultare cū tremore, Spi- stiæ.  
 „titus Sanctus per Prophetam juberet.  
 „Nam, quoniam præcepti impletio  
 „gaudium gignere solet, in animo vir-  
 „tutem exercentis, & hanc, inquit, con-  
 „fessionem cum tremore facere conve-  
 „nit, ne, si deposito metu, cōfundamur  
 „ac dissolvamur, simul & laborum ja-  
 „cturam faciamus, & Deum in nos pro-  
 „vocemus. Sed quomodo, inquis, fieri  
 „potest, ut quis exultet cum tremore?  
 „nam impossibile est, hæc duo simul ac-  
 „cidere, quū inter hæc plurima sit dif-  
 „ferentia. Gaudium enim est eorum,  
 „quæ desiderat animus, expletio, rerū  
 „que jucundarum fruitio, ac molesta-  
 „rum oblivio. Metus autem, expectato-  
 „rum malorum incursus, cooriens ad-  
 „versus condemnatam conscientiam.  
 „Quomodo igitur licet exultare cū ti- 12. Conne-  
 „more, nec simpliciter cum timore, sed xione cum  
 „etiam cum tremore, qui est timoris ve- textu pro-  
 „hementia, & immodicæ cujusdam an- posito.

„ xietatis signum? quomodo igitur, in-  
 „ quis, hoc fiet? Ipsa te Seraphim docet,  
 „ re ipsa tale ministerium impletia. Nam  
 „ illa ineffabili gloriâ Conditoris fruun-  
 „ tur, incomprehensibilem ejus pulchri-  
 „ tudinem contemplantia. Non dicô il-  
 „ lam, ut est naturâ; hæc enim incogita-  
 „ bilis est, nec spectari potest, nec figurâ  
 „ exprimi, absurdumque est sic de illa op-  
 „ nari, sed quantum concessum est, quâ-  
 „ tū ex illo splendore possunt compre-  
 „ hendere. Quemadmodum enim assi-  
 „ duè famulantur in circuitu throni re-  
 „ galis, in jugi gaudio perseverant, in  
 „ sempiterna delectatione, in exultatio-  
 „ ne finem non habiturâ, gaudentia, sal-  
 „ tantia, citra ullum silentium gloriam  
 „ canentia. Nam stare in conspectu ma-  
 „ jestatis illius, deque splendore illinc  
 „ refulgente illuminari, hoc illis est gau-

13. Inflammatione  
 ad audiendi desiderium

„ dium, hoc illis exultatio, hoc illis vo-  
 „ luntas, hoc denique gloria. Fortassis  
 „ sensistis aliquid voluptatis, & cupiditi-  
 „ tas quædam illius gloriae voscepit. A-  
 „ gè; utinam velitis adhortantem au-  
 „ sculare, præsentemque divinæ gloriae  
 „ celebrationem religiose peragere.

Nam

„Nam nō destituet vos hujusmodi gau-  
 „dium, siquidem ipse est ille Dominus,  
 „qui & in cœlis & in terris glorificatur,  
 „plenique sunt cœli & terra gloriâ ejus,  
 „Quomodo fit igitur, ut illa Seraphim,  
 „cum ejusmodi voluptate fruantur,  
 „hanc, cum timore misceant? aut quid  
 „dicit Propheta: Vidi Dominum se-  
 „dentem in throno excelso & elevato;  
 „& de hinc textum propositum incipit expo-  
 „sere.

„Homiliam 2 sic orditur: Gaudeo  
 „conspiciens vos ad audiendum cō-  
 „currentes. Quemadmodum appre-  
 tentia cibi, corporis bonam valetu-  
 „dinem declarat, sic & sermones appre-  
 „tere spirituales, animæ sanitatem ar-  
 „guit. Gaudeo quidem igitur propter  
 „hoc; cæterum vereor, ne forte non pos-  
 „sim aliquid adferre dignum isto vestro  
 „desiderio. Sic & mater amans quoties  
 „lactentem habet puerum, non potest  
 „illi largiter præbere lactis fontem;  
 „attamen quanquam lacte caret, mam-  
 „mam tamen dat. Ille vero acceptam  
 „trahit fugitq; ore vexatam papillam  
 „calefaciens, plusquam erat, elicit ali-

*Argum.*  
1. a congrega-  
tulatione.

*2. à prædi-  
cantis im-  
becillitate.*

„ menti: mater verò dolet quidem, dum  
 „ ipsius distenduntur ubera, nec tamen  
 „ repellit puerum. Mater enim est,  
 „ & omnia præoptat perpeti potius,  
 „ quam ut partum suum contristet. Ita  
 „ que si matres erga fœdus suos tātā cha-  
 „ ritate afficiuntur; multò magis opor-  
 „ tet nos erga vestram charitatem simi-  
 „ liter affectos esse.

*3. à chari-  
tate in au-  
ditore.*

„ Nam Spiritus nisus flagrantiores  
 „ vehementioresque sunt, quam naturæ.  
 „ Itaque, tametsi mensa nostra multam  
 „ habet penuriam, ne sic tamen quid-  
 „ quā occultabimus, sed omnia in me-  
 „ dium proferentes apponemus vobis.  
 „ Quod si paucula hæc sunt, viliaq; præ-  
 „ bebimus tamen. Nam & ille, cui uni-  
 „ cum talētū erat creditum, non, quia  
 „ quinque talenta non attulit, ob id in-  
 „ cusatus est, sed, quod unum illud de-  
 „ tinuerit, dedit pœnas. Si qvidem hoc  
 „ est, quod quæritur apud Deum, & apud  
 „ homines, non, multanè an pauca de-  
 „ ponas, sed ne oblationem offeras fa-

*Connexio  
iropositio-  
ris cum*

„ cultatibus inferiorem.  
 „ Audistis heri, quum nobis datum  
 „ esset hoc honoris, ut apud charitatem  
 „ vestram

„ vestram differeremus, psalmum illum  
 „ legentibus nobis, qui peccatorum è  
 „ sacrorum ambitu ejiciens; angelos,  
 „ supernasq; virtutes hortabatur ad lau-  
 „ dandum omnium DEUM. Vultis igi-  
 „ ur, & hodiè idem mysticum melos au-  
 „ diamus, propè illuc alicubi astantes?  
 „ Mihi videtur. Nam, si homines scele-  
 „ rati, dum choreas agunt in foro, in  
 „ profundâ caligine, nocteque intempe-  
 „ stâ meretricias cantilenas, mollesque  
 „ canentes cantiones, totam civitatem  
 „ nobis aperiunt, & ad se convertunt?  
 „ nos cœlestium populorum supernis  
 „ choris, regem universi celebrantibus,  
 „ non accurremus? non audiemus divi-  
 „ nam illam ac beatam vocem? Er quæ  
 „ nobis dabitur venia? Sed quomodo,  
 „ inquis, licet audire? si ipsum ascende-  
 „ rimus cœlum, modò fieri possit; & si  
 „ non corpore, certè mente licet: etsi  
 „ minus præsentia, certâ cogitatione.  
 „ Nam corpus quemadmodum terrestre  
 „ est ac grave naturâ non anet in terris: A-  
 „ nimâ verò hac necessitate libera est,  
 „ facilimeque ad altissima, longissimè-  
 „ que semota loca advolat, etiam si velit

exordio &  
 digressio  
 adcomen-  
 dationem  
 novi The-  
 matis, per  
 repetitio-  
 nem pra-  
 cedentis:  
 Sic idem  
 Chrysost.  
 homil. 48.  
 & 49. in  
 Genesim.

s. Apree-  
dicandi  
equitate.

6. Abat-  
tentionis  
necessi-  
tate.

ad

„ ad extremos orbis terminos pervenire  
 „ re; aut in cœlum ascendere nihil est  
 „ quod vetat, adeò ipsi leves cogitationes  
 „ alas dedit Deus, nec tantum alas leves  
 „ dedit, verū & oculos largitus est, mul-  
 „ tò quam corporis perspicatores.

„ Nam corporis aspectus, siquidem

*7. Ejusdem  
facilitate,*

„ per vacuum aerem appareat aliquid,  
 „ ad longum intervallum progreditur:  
 „ quod si in exiguum corpus impegerit,  
 „ non aliter quam fluxus, qui ferebatur,  
 „ obstatculo repulsus, denuo retrorsam  
 „ avertitur; verum animi oculi, et si pa-

*8. Faculta-  
te super-  
natumli.*

„ rictes etiam si mœnia, etiam si motum  
 „ moles, etiam si cœlorum corpora com-  
 „ pererint obstantia, facile omnia præ-  
 „ tercurrunt. Attamen, quoniam tantam  
 „ habeat celeritatē & oculorum aciem  
 „ anima, non est ex se se sufficiens, ad in-  
 „ telligentiam rerum spiritualium, sed  
 „ opus habet, qui ipsam, manu porredat,  
 „ deducat.

„ Faciamus igitur quod in regum au-  
 „ lis facere solent, qui cupiunt eas vide-  
 „ re. Quid autem illi faciunt; ubi que-  
 „ sierint eum, cui claves commissæ sunt,  
 „ illum adeunt, alloquuntur & supplicat,

fre-

„frequenter & pecuniam numerant, ut  
 „ipsis gratificetur. Adeamus ergo, & nos 9. Conne-  
 „xio à co-  
 „commisæ sunt, appelliemus, supplice- gnoscendi  
 „mus, pro pecunia promptam volunta- mediis, ex  
 „tem sincerumq; affectum exhibeamus. textu p̄-  
 „Et si ille mercedem hanc acceperit, senti sum-  
 „manu nostrâ apprehensâ per omnia sis.  
 „circumducet, non ad istam supellesti-  
 „lem regiam, sed ipsum regem in thro-  
 „no sedentem, astantibus exercitibus,  
 „exercituumq; ducibus, assistéibus in-  
 „numerabilium angelorum & archan-  
 „gelorum millibus, breviter omnia &  
 „diligenter nobis ostēdet, quatenus no-  
 „bis videre fas est. Qvis igitur est iste, cui  
 „hæc functio cōmissa est, si quando vo-  
 „lamus ingredi? Esaias prophetarū vo-  
 „laciſſimus. Ergo necesse est, ut huic al-  
 „loquamur. Agite, sequamini composi- 10. Exhor-  
 „to gradu incedentes, multo cum silen- tatione ad  
 „tio: ne quis ingrediatur auribus onu- modestiā.  
 „stus mundanis, ne quis elatus, ne quis  
 „attonus: verum hæc omnia foris ante  
 „ostium deponamus omnes, atq; ita do-  
 „mum ingrediamur. Ingredimur enim  
 „in regnum coelorum, concendimus in  
 „regio-

„ regiones stellis fulgurantes. Quæ in-  
 „ tus sunt, miro silentio plena sunt, my-  
 „ steriisque non efferendis referta. Sed  
 „ anima vertite: nam scripturarum le-  
 „ tere textus.  
 „ est anno, quo mortuus est Ozias  
 „ Rex, vidi Dominum sedentem in  
 „ throno excello & elevato. Vidisti  
 „ probi famuli benevolentiam humani-  
 „ tatemq; Illicò nos ad thronum indu-  
 „ xit regium, nec prius circum egit post  
 „ longos ambitūs, sed simul atque por-  
 „ tas aperuit, è regione sedentem Domi-  
 „ num ostendit: Et Seraphim, inquit,  
 „ stabant in circuitu ejus, sex alæ uni,  
 „ & sex alæ alteri, ac duabus quidem  
 „ velabant faciem, duabus pedes, &  
 „ duabus volabant, & clamabant al-  
 „ ter ad alterum, dicentes: S.S. Domi-  
 „ nus Sabaoth. Verè Sanctus, qui no-  
 „ stram naturam tantis talibus mysteriis  
 „ dignatus est, qui nos talium secreto-  
 „ rum confortes fecit. Atque interim  
 „ me tremor ac horror corripuit, hujus  
 „ cantilenæ gratiâ. Et quid mirum, sine  
 „ corri-

12. Com-  
 mendatio  
 Textus.

„ corripuit luteum & terrenum,, quum  
 „ etiam ipsas supernas virtutes semper  
 „ maximus obtineat stupor; Ea propter  
 „ avertunt facies; alasq; vice murorum  
 „ obijciunt, non ferentes radios illinc  
 „ proficiscentes; & tamen id quod ap-  
 „ parebat, ad nostram imbecillitatem  
 „ ielse demittebat. Cur igitur splendo-  
 „ rem istum non tulerunt? Mihi ista di-  
 „ cis? Dic istis, qui curiosè scrutantur  
 „ ineffabilem ac beatam naturam, his,  
 „ qui audent non audenda. Ipsa Sera-  
 „ phim ne demissionem quidem Dei su-  
 „ stinuerunt intueri, & homo ausus est  
 „ dicere, immò potius homo est ausus ani-  
 „ mo concipere, quod naturam ipsam  
 „ summam possit ad plenam clareque  
 „ videre? Horresce cœlum, obstupefcet  
 terra! hoc audere, majus est iis, quæ  
 ausi sunt illi &c.

6: Jucundum etiam erit, etsi non pa-  
 rum difficile, typum aliquem, vel etiam  
 vaticinium Veteris Testamenti per sen-  
 sum mysticum, vel etiam allegoricum,  
 ad textum propositum accommodare,  
 atque inde exordium non utile solum,,  
 sed & venustum ducere, Ut , si quis ad  
 versus

13. Apostro-  
phe ad Res  
inanima-  
tas, sub fi-  
nem Exor-  
dii.

V.I.Exor-  
dium à  
Typo.

versus hypocrisim & simulationem dicturus, exordium sumat ab interdicto divino ex Deut. 22.9. seq. Eundem agrum non esse conserendum diversis seminibus, nec eandem vestem ex diversis pilis contexendas; deinceps agrum accommodet ad cor humānum, semina ad cōtrarias cogitationes; verba seu pronūciata oris, cum vestre externā comparet, fila autem ex lanā & lino, cum diversis pronunciatis, quæ in bonam & malam partem de eodem subjecto solent hypocritæ effutire, &c. sic porrò connectet: Quod si res illæ minimæ & adiaphoræ, saltem ob naturalem incongruentiam à DEO vetitæ sunt, quanto odio putatis ei fore, nobilissimam illam animam ad Dei imaginem creatam, si tām fœdis, atq; inter se contrariis intentionibus spurcam Deus visiderit. Hoc igitur vitium, ut eō perfectiori odio infectemur, proponemus vobis, vel: attendemus increpationi Propheticæ &c.

Sic de mansuetudine divinâ dicturus, exordietur à typo Dei, sub vesperam, & tardè venientis in hortum paradisi, postquam protoplasti peccassent.

Gen. 3.

Gen. 3. De mansuetudine Magistratus erga subditos; faciet initium ex lege Symbolica ne coquatur hædus in latte matris, Exod. 34, 26. ne enecetur mater cum pullis, Deut 22, 6. Cujusmodi typos vel similitudines ex *Sylva Allegoriarum Lauretti*, & compendio D. Bot Saci colligere est. Sed hic prudentiam prædicatoris requirunt Artifices, ne similitudines sint (1) leves aut obscenæ (2) nō coactæ aut longè petitæ (3) non fabulatæ aut temerè confictæ, sed ut plurimum ex codice sacro mutuatæ: vid. *Stella* cap. 6. & 12. *Regius lib. 6. cap. 31. lib. 8. cap. 6. Salmero Tom. I. pro leg. 19. Tom. VI. Tract. 1. & 3.*

VII. Alii alia Inventionum loca designant: *Stella* & *Granarensis* Exordium defundendum censem ab axiomate, aut *Maximam quadam Aristotelis*; quod sane ineptum est in concione sacrâ. Qui enim pro concione loquitur, loquatur ut elogia Dei, i. *Petr. 4. v. 11.* & supra à nobis dictum est: *Capp. 25. & 20.* exordia esse oportere ejusdem Generis, cuius concio ipsa futura est; proinde non nisi ex dicto, exemplo, aut similitudine quadam scripturatum cruenda esse, rarissimè ex prover-

*Granarensis* & *Stellæ* opinio de locis exordiorum.

bio aut gnomā quadam vulgari, idque  
maxima cum industria, & singulari cum  
delectu, nefides Concionatoris, de rebus  
Sacris dicturi, ejusdem estimetur digni-  
tatis, cuius fuit Exordium, atque ita au-  
toritas verbi divini elevetur.

Bucani  
sententia  
de inve-  
niendis  
exordiis.

8. *Bucanus* 12. exordiorum loca ordi-  
ne recenset. 1. ut exordium ducatur ex  
connexione textū presentis cum antecedent-  
te, seu, quod idem est, ex connexione ante-  
cedentis cum presente; Quod quidem non  
nunquam fieri convenit, si de re quadam  
eminenti, & quæ digna sit, ut auditori-  
bus in memoriam revocetur, veluti pro-  
ximè diximus; alias hæc repetitio prior-  
is concionis non vacat tautologiâ quâ-  
dam, quæ in auditoribus, quos ad atten-  
tionem stimulare optebat, fastidium  
creare solet. 2. *Ex circumstantiis thema-*  
*tis propositi*, quæ tamen magis ad con-  
firmationem thematis, quam ad exordi-  
um pertinent. 3. à dicto. 4 ab historia Scri-  
pture. 5. à simili. 6. à proverbio. 7. à causa fi-  
nali, vel Efficiente thematis tractandi. 8 ab  
utilitate, vel necessitate thematis 9. ex qua-  
vis occasione dicendi, de re præsentí sum-  
ptâ, uti B. Paulus, ex occasione altaris, in  
quo

q[uo]d ignot[u] Deo celebrabatur, de vero Deo  
prædicabat, Act. 17. v. 23 & Christus occa-  
sione deambulationis per segetes, de se-  
mentatione spirituali sermonem faciebat.  
Matth. 13, Luc. 8 quæ tamen conciones,  
non, ut Bucanus existimat, exordia fue-  
runt futuræ concionis, sed thema ipsum  
& cōfirmatio ipsa. 10. à tempore; ut ratio-  
ne festorū: Anni tempestate, qua solent  
exponi Evangelia demorbis, de fame,  
ut vere & autumno: *Dominica Lazare*,  
VII. XV. XVI. XVII. XIX. post Trinit. Sic  
Bernbar. Serm. 24. in Canticis Athanaf. Serm.  
de Reditu. II. à repetitione ultimæ clausu-  
le, aut postremi capit is, quod fuerat in  
concione præcedente, quasi pro residuo  
relictum & debitum non solutum. Ita  
Bernhard. postquam Serm. 63. in Canticis  
cepisset dicere de Vulpeculis suffodicanti-  
bus Vineam Christi: Serm. 64. sic insit: Ad-  
sum promissio meæ: Dicendum apertius;  
quæ sint spiritualis hæ vulpeculae, Cur pusilliæ  
dicantur? Cur imbeantur potissimum capi,  
non abigi, non occidi? Etiam introducenda  
diversa genera harum bestiarum, ad majo-  
rem Audientium noritiam & cautelam. Hæc  
pertexenda sermone isto, ut fastidio consulta-

mus, & nostra devotionis alacritas perpetetur, per gratiam & Confessionem Magni Ecclesiae Sponsi, D. N. Iesu Christi qui est super omnia Deus benedictus in secula. Atque hunc modo transit ad Exegesin textus. 12. propositionem ipsam sine exordio, collocat vice exordii. Quod locos Inventionis Exordiorum Polanus quoque de methodo. concap. 2. monstravit.

**Exordium  
in Genere  
Didascalico.**

9. Omnino autem in Exordiis delictus habendus est; nec enim quodvis Exordium cuivis concioni aptum est, ut verius Granat: censuit, lib. 4. de ratione compositionandi cap. 2. In Genere enim Didascalico exordium humile, & successivum usurpari oportet, quod progrediatur à Minoribus ad Majora, ne Amphora incipiat, quod dicitur, & urceus exeat. Hoc au-rem sumi solet ex quocunque loco Inventionis Logicæ, qui aliquam saltem cum themate cognitionem habeat, nec faciliora sunt Exordia, quam quæ Generi Didascalico conveniunt. Quod enim sunt sedes argumentorum, quibus Genius ipsum probari solet, tot etiam sunt argumenta Exordiis idonea. Hoc tamen his Exordiis imprimis competit; ut consi-

cisa sint. Qui enim solum in thesi dicturus est, & rei conditionem expositorus, necesse non habet, ut benevolentiam prolixè aucupetur, nisi ejusmodi rem definiturus sit, quæ auditoribus excessa est vel captum eorum excedit. Ut, si quis de usuris, saltem quod earum naturam, coramavaris dicturus sit; vel si quis de crudelitate aut rapinis, coram militibus; quia res ipsæ, etiam si increpationem vel admonitionem nullam addas, his hominibus exosæ sunt, etiam in Genero Didascalico benevolentia quadam expectenda est. Quamobrem hoc omnibus Exordiis commune esse ait Granat. I. d. Ut impedimenta affectionis benevolæ remaneant. Excipiuntur etiam Exordia Didascaliarum de summis mysteriis, quæ attentionem & submissionem requirunt. Sic Chrysostomus Exord. Sermonis de Sacra Cæna Tom 3 edit. lat. Venetiæ Nicolini fol. 294. item Orat. de Pentecoste cod. Tom. 317: *Hodie nobis Terra facta est Calum! Non stellis de caelo ad terram descendib[us], sed Apostolis à terra in celum ascendentibus.* Quia effusa Spiritus Sancti gratia Universum orbem convertit in celum,

*non immutans naturas, sed emendans voluntates &c.*

**In Genere  
Elenctico.**

10. In Genere Elenctico Exordia sumi solent (quia hoc circa erroris refutationem versatur) à studii veritatis commendatione; vel à periculo erroris, ut *Heisner* in *Domin.* 8 post *Trinitat.* vel à multitudine errantium; vel à facilitate errandi; vel à difficultate inveniendi veritatem, ut *Job* 28, 14. &c deinceps captari benevolentia. Vel à necessitate rei ipsius: quām necessarium sit, auditores de hoc errore admoneri, quale Exordium *Salomon* fecit de *Sapientia* dicturus *Proverb.* 8. & *Sapient.* 7, 8, 9, capp. Vel à personā dicentis; quām anxie auditorum salutem desideret, quod desiderium solet declarari per contestationem aliquantum, ut *Rom.* 9. v. 18 *Phil.* 1. v. 4 *Eph.* 4 v. 37. *Coloss.* 1. v. 31. *Theess.* 1. v. 2 *Galat.* IV, 13, 19: dilectissimi, nullā à vobis injuriā affectus hoc dico. Filoli, quos iterum parturio, cogor per conscientiam vos abhortari à pseudō *Apostolis* &c. Vel, per imitationem contestationis cuiusdam, à Propheta vel Apostolo usurpatæ, ut *Jerem.* 3. v. 19. cap. 4 v. 20. & alibi, quando Propheta, vel dolorem suum,

suum, vel desiderium juvandi auditores,  
 verbis emphaticis contestantur. Ejus-  
 modi enim formulæ, hīc præcipue con-  
 notandæ sunt, ut Exordiis, vel etiam di-  
 gressionibus in concione ipsâ, ad Genus  
 Elencticum deservire possint. Vel, solet  
 quoque, à dicturis de odiosa quapiam  
 re, benevolentia captari, per commen-  
 dationem docilitatis Auditorum, & spei  
 nostræ, quôd omnino auscultaturi sint,  
 ut Phil. 2 v. 12. cap. 4. v. 1:1. Thess. 4, 9, 10. seq-  
 uit Act. 24. v. 20. cap. 26. v. 22. &c. 26. Vel, per be-  
 nignam auditorum compellationem,  
 ut Act. 2. v. 14. cap. 3. v. 19. cap. 28. v. 17. Ga-  
 lat. 4. 12, 13. 14. Vel, per modestam corre-  
 ctionem, ut: Galat. 5, 7, 8. Currebatis be-  
 nè, quis vos detinuit ne sectaremini ve-  
 ritatem? Hæc persuasio certè non est ab  
 eo, qui vocavit Vos. I. Sam. 24, 10, 12. seqq-  
 cap. 26. 19. Mich. 6, 3. &c. Cujusmodi  
 formulæ, sive quibus commendantur  
 auditores, seu quibus benignè compel-  
 lantur, itidem ad hoc notandæ sunt, ut  
 Exordiis & digressionibus, in Genere E-  
 lenctico deservire possint; Quia enim  
 refutatio per se ingrata est, nullo artifi-  
 cio id, quod volumus, auditorum animis

melius instillare possumus, quam per interjectionem formularum compellandi blandarum, vel etiam per Exordia auditoribus grata, his enim quasi quibusdam malagmatiſ iracundiam auditorum, quam refutando excitare solemus, quasi ſopimus.

*In Genere  
Paideutico.  
Paideuti-  
co.*

*In Genere Paideutico Exordia capienda sunt ab utilitate, necesseitate, sublimitate proponendi thematis, additâ promiſione ingentis quæſtūs, si benevolos & attentes gerant auditores. Vel, à dignitate etiam thematis, quæ demonstratur per partes convenientiæ, cum idiomate aliquo divino, aut proprietate quadam Angelorum, vel etiam similitudine Prophetarum, Apostolorum, Principum, aut aliorum magnatum, quos quisque desiderat imitari. Vel, etiam à dicentis imbecillitate, & oppositâ thematis sublimitate: Se nescire, quid in tantæ virtutis laudem primo, quid postremo loco dicendum. Vel à dicto quodam scripturæ, quo vel Deus ipſe, vel ministri ejus, homines quasi supplices deprecari videntur, ut hanc virtutis speciem, de qua diſturi ſuimus, conſectentur: Psalm 81. v. 14. Ief. 14.*

Jes. 1.9. 2. Cor 5, 20. Phil. 4, 1, 8: Magis fratres dilectissimi & exoptatissimi, Quicquid honestum, laudabile, castum est. &c. Si qua virtus, si quid encomio dignum in hoc intendit &c.

Tale est Cypriani Exordium, dicturi de Patientia: Depatientia locutus, fratres dilectissimi & utilitates ejus & cōmoda prae dicaturus, unde potius incipiam, quam quod nunc quoque patientiam vobis necessariam esse video: ut ne hoc ipsum quidem, quod auditis & discitis, sine patientia prestare possitis. Tunc demum enim sermo & oratio salutaris cum fructu discitur, si patienter, quod dicitur, audiatur. Nec invenio, fratres dilectissimi, inter ceteras caelestis disciplinae vias, quibus ad consequenda divinitus præmia spei ac fidei nostræ secta dirigitur, quid maius sit velutilius ad vitam, vel maius ad gloriam quam ut, qui preceptis Dominicis obsequiorumoris ac devotionis innitemur, patientiam maximè tata observatione tueamur. Hanc si seclari Philosophi quoque profitentur: Sed tam illio Patientia falsa est, quam Sapientia falsa &c.

Vide Granat. lib. 4. Cap. 2. Regium lib. 8. cap. 6.

*In Genere Epanorthotico Exordia su-*

*In Genere menda sunt, vel à dicto comminatorio,*  
*Epanor- aut exprobratione proposita, sive per*  
*thotico. Exclamationem, sive per Apostrophem,*  
*Stellac, 16. sive per Prosopejam., aut aliam figu-*  
*ram sententiæ, ut *Jes. v. 2. Audi calum-*,*  
*attende terra, educavi filios, & discesserunt*  
*à me &c: Deut. 32. v. 1, 6. 1. Cor. 4 v. 21. Gal. 3.*  
*v. 1. Jer. 10. v. 1. cap. 33. v. 2 Amos 3. v. 1. Leo-*  
*rugiet, quis non timebit! Ab hoc dicto or-*  
*ditur Basilius Sermonem suum de placan-*  
*do Deo. Vel, à remotione suspicionis,*  
*quam auditores, de concionatore corri-*  
*piente vitia, cōcipere possent, ut *Mich. 5**  
*v. 11. cap. 3. v. 5. Vel à querela Epidemiarum*  
*morum corruptionis, *Jer. 9. v. 1. cap. 5. 5.**  
*seqq. *Mich. 7 v. 2. Amos 5. v. 3. & seqq.* Vel*  
*etiam à praesente periculo, & quasi jam*  
*imminente pœnâ ultionis divinæ, quæ*  
*exaggeranda est ejusmodi dictis, quæ ve-*  
*hementiam furoris divini describunt, ut*  
*Deut. 32. v. 18. Amos 3. 8. Psal. 7, 12, 13. Ps. 11.*  
*v. 6. &c. Insigne *wād* Exordii est apud*  
*Chrysost. homil. 2. ad populum., ubi di-*  
*greditur à textu prælecto ex 1. Tim. 6: Di-*  
*vitibus hujus seculi præcipe, &c: Sic or-*  
*fus: *Quid dicam, aut quid loquari? Lacry-**  
*mariūm*

marum præsens tempus est, non verborum &c:  
 (Nempe cum confractores statuarum  
 Cæsaris quærerentur ad supplicium: Et  
 postquam multa de atrocitate delicti, de  
 terrore & fuga civium, de periculo totius  
 civitatis dixisset, addit:)

Volebam hic concionem solvere. Neque-  
 unt enim gementium animi longos sermones  
 extendere &c: Nam sicut nubes obductam  
 diis solaribus, eorum lumen impedit, ita præ-  
 sensisse lucis &c: Igitur volebam & ipse Ora-  
 tionem hic finire; sed cogitans, non semper  
 impedire nebulam processus radiorum sola-  
 riū, sed ipsam quandoque discuti, & supe-  
 rari à fulgore solis: Ita & ipse spero, me ho-  
 die in uestibis effecturum; ut defixo animos  
 uestros sermone vita depellatur mortis ima-  
 go, tristitia nebula, & solita serenitas emicet.

Sed præbere mihi animum Vestrum:  
 præbete aliquantiulum aures: Excute tristiam.  
 Ad prælinam hilaritatem redea-  
 mus, sicut conservimus cum læticia huc con-  
 venire, cum desiderio attendere. Sic & nunc  
 faciamus, omnia in Deum reiçientes, ipse fa-  
 ciet. Hoc ad calamitatis solutionem nobis  
 conferet, &c. Deus enim videns attentio-  
 nem & patientiam nostram in tanta temporis  
 diffi-

difficultatem non deficere, celeriter nos suscipiet  
præsentem procellare in tranquillitatem com-  
mutabit &c.

Postea in eod: Exord. digreditur ad  
temere jurantes & blasphemantes, Hos  
attraxisse tantum malum civitati: Hoc  
à se toties prædictum esse sed nihil eme-  
datum: igitur vel nunc compescendos  
esse illos clamores. Non est thesaurus Ec-  
clesia, ut ad delectationem audiamus. Emen-  
datos hinc discedere oportet, Lucratos quiet  
quam amplius & insigne hinc discedere opor-  
tet. Quoniam eemere & frustra proficiuntur,  
si ad tempus refocillati, mox vacui & inanis  
omne dictorum lucrum amittimus &c.

Et tandem post longam parenesin in  
Exordio: Nobis vero jam hora est solitaria  
vobis mensam apponere, dictionem hodie vo-  
bis lectam promere, & in medium omnibus  
proponere. Quid igitur est hodiè lectum?  
Divitibus hujus seculi præcipe &c.

Cavendum autem in hisce exordiis  
Thematis epanorthotici, ne mox in ipso  
limine æstus omnis effundatur, & postea  
vilescat oratio: sed quando totum thema  
est Epanorthoticum, danda potius opera  
est, ut Exordia sumantur ab encomio &  
com-

commēdatione Virtutis oppositæ, & postea pro confirmatione ostendatur enim disparitas morum nostrorum.

*In Genere Consolatorio Exordia sumuntur à Dei bonitate, providentiâ, & reliquis idiomatis, quæ ad caram nostri faciunt, ut Jes. 41. v. 10. Psal. 121, 3, 4. Vel ab exemplis piorum & tribulatione redemptorum, ut Sir. 2. v. 11. Vel à dicto aliquo paracletico, Jes. 40. v. 1. cap. 54. 6, 7, 8; 10. n. &c. Vel ab Exaggeratione afflictionis fidelium, & consequente digressione ad consolationem eorundem, ut hâc ratione exordium cum propositione quasi connectatur; ex Psal. 93, 3, 4. 5. Psal. 34, 20, 21. Psal. 71, 20. Jes. 37, 14. 17. &c. Vela perpetua connectione miserationis & misericordiæ. Ita 2; 6, 7. Psal. 68, 20, 21. Ita Chrysostomus in consternatione Urbis Antiochenæ ob provocatam Cæsaris indignationem, homiliam 14. orditur à proportione afflictionis & consolacionis. Nonparum civitatem nobis heri Diabolus perturbavit: sed & Deus nos iterum non parum consolatus est, immo ut unusquisque nostrum oportune dicere possit illud Prophetum cum Ps. 94: secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tualetificarunt animam meam. &c.*

*In Genere  
Consolato-  
rio.*

Et durante illa turbatione, singulas  
fere homiliae orditae à consolatione:  
*Benedictus Deus &c.*

Sic Homil. XI. Cum preteritam hy-  
mem, & præsentem cogito tranquillitatem,  
non desino dicere: *Benedictus Deus, qui facit*  
*mirabilia magna solus, qui omnia transmu-*  
*tat, qui fecit lucem de tenebris, qui dedit*  
*ad portas inferi & reducit, qui castigat &*  
*non mortificat.* Et hoc vos continuè dicere  
volo nec desistere. Si n. ipse vobis opere ipso  
beneficit, quâ nos venia digni esse possumus,  
qui ne verbis quidem ipsum remunramus!  
Dicamus igitur continuè: *Benedictus De-*  
*us &c.* Homil. XII: Et heri dixi, *Benedictus*  
*Deus, & hodiè dico: Benedictus Deus &c.*  
Homil. XIII. Ab eodem principio, & iisdem  
proæmiis, quibus heri & nudius tertius cepi,  
& hodie incipiam: *Benedictus Deus &c.*

Qua formula consolandi etiam alias  
in rebus duris uti suevit, ut initio ser-  
monis: *Cum de exilio ejus ageret.* Item  
que initio sermonis primis post editum:  
Tom. V. opp. Præcipui artifices Exordio-  
rum sunt ex Papistis Besserus, & Granaten-  
sis: ex Catholicis D. Meisnerus, Job. Arnde  
in homil. Dominicalibus: Ex Calvinistis  
rudem

rudem quandam delineationem reliquit Alstedius in Theologia Prophetica d. l. quem expolivit homelii suis Sibelius.

## CAPUT VII.

*De*Propositione Con-  
cionis.

Propositio est secundâ pars Concionis, quâ Auditori breviter exponimus; quid deinceps tractaturi simus: Quidam distinguunt eam ab introductione; quam vocat scigraphiam tractationis futuræ per singulas partes, præmissam ipsi Tractationi. Vid. Regium lib 8. cap. 7.

*De Propo-  
sitione  
Concionis,*

2. Ejus proprietas est, ut sit 1. perspicua, propter intelligentiam, & 2. brevis, propter memoriam. Tollunt. g. proprietatem propositionis (cujus est omne future concionis argumentum exhaustire,) ii, qui nimio studio configendi ὀμοιώσα aut μοιωτέλευτα, propositiones cōtionum adeò obscuras faciunt, ut Exe-  
gesis seu confirmatio subsequens, s̄epis-  
mē nihil probat eorum, quæ verbis pro-  
positionis expressa erant.

*Ejus pra-  
prietates.*

3. Pre-

*Divisione.*  
*Proposi-*  
*tionem*  
*oportet es-*  
*se eviden-*  
*tem.*

3. Propositionem aliqui partiuntur in occultam, & manifestam. Occulta qui utuntur, methodum se crypticam sequi jactant magis vel persvasi sunt, quam sequuntur: In concione enim memoriae auditoris potius, quam dicentis succurrendum est, quod fieri non potest, si thematis dilucida expositio ab auditorio abscondatur, ideoque non tam ad ornatum, quam ad necessitatem concionis pertinet, perspicua & distincta Propositione uti.

*Partes*  
*proposi-*  
*tionis.*

4. Partes propositionis pro exigentiâ thematis, & cujusvis industriâ, facienda quidem sunt; fieri tamen non potest; quin omnis Propositio ad aliquid speciem, vel argumentum aliquod, sive unum, sive plura, dictorum s. dicendi generum pertineat, ex quorum generam, specierum, & argumentorum compositione aut divisione, partitio ex surgit.

*Chrysostomus* in more habet positum, ut prælecto textu, secum ambigere soleat, & deliberare quasi cum Auditorio, quod aut quale thema decerpere velit ex verbis prælectis, bonaque parte prælectorum

lectorum missâ , unam propositionem statuere, eamq; declarare, præsertim ubi ratio temporis vel personarum suadebat sive digredi à prælecto textu , sive negotio præsenti eum applicare . Ut videte est ex sermone primo ad populum , ubi prælectis Apostoli verbis ex I Tim. V. Vino modico utere , post exordium ad propositionis fatalia progressus , ait : Postquam omnia percurrere non possumus , Quid vultis ex commemoratis proponamus Charizati Vestrae ? Velut enim in puto multos & varios video flores & amplū rosaceum &c: Quid igitur vultis , ut de dictis proponamus in medium ? Vultis , quod omnium utilissimum & facilimum est intellectu , tractemus ? Mibi nempe cōplacet , sed & vobis , bene novi , placebit . Quid vero est tandem illud reliquis facilius ? Quid aliud quam quod cuilibet facile & evidens videtur , nempe hoc : Modico vinoute-  
re &c.

Postea excusat se (1) quare hoc thema eligat : Nempe non causa ostendandi se , sed ostendendi dives penuarium SS.lite-  
tarum .(2) Exaggerat divitias , & secretos secessus Scripturarum .(3) Docet etiam minutissima esse in Scripturis observan-  
da : Quemadmodum aurifabri non solum spectabiles auri massas , sed ramenta etiam &  
pulvis

pulvrisculos excipiunt. (4) Non ex verborum prolixitate, sed virtute metendum esse textum prælectum? Postea plene digreditur à propositione, & invehitur in Auditores, quod non obsecuti fuerint momenti, corripiendos & puniendos esse temeritantes; Ex hac petulantia natam esse seditionem, & dejectionem statuarum Casariorum: Ex hac dejectione tot civium cladem, tot terrores & mortis imagines &c: Reatuteneri omnes & singulos, quia vel juverunt, vel non imp̄diverunt, vel nō puniverunt &c: tandem accedit brevibus ad exegesim textus propositi h. m: Nobis verò jam hora imminet, solitam vobis mensam parare, dictionem hodiè prælectam vobis exponendo; Quid ergo dicit Apostolus.

Sic homil. 2. post factam jam propositionem, non solum exhortatur ad attentionem, sed etiam ad modestiam, quod neq; plausibus excipere dicentem, neq; confabulationibus ipsum oporteat impedire, addita Ratione: Quia non est Theatrum Ecclesia, unde delectatio capienda sit, sed Apotheca, unde meliorem quemq; & saniorem redire deceat.

Neq; tamen in omnibus sermonibus uti licet ejusmodi digressionibus & exhortationibus, post propositum thema, sed plerisq; tantum.

## CAPUT. VIII.

De.

## Partitione Concionis.

Ordinem in Concionibus servandum docet Chrysost. homil. 3 de verbis Jesiae: Vidi Dominum &c T.i. quando de vita & moribus regis Oziae acturus erat. Quis, ait, (1) est Ozias, & (2) ex quibus ortus majoribus, (3) quorum Rex, & (4) quanto tempore regnavit, (5) quid cum laude gessit, quid fecerat? Postremo (6) quo pater. uitam absolverit. De his omnibus in praesenti apud vos differemus, immo potius, quantum de his dicere licet, sic, ne multitudine ea confundamus vestram memoriam; id quod in lucernis accensis accidere solet.

Nam si paullatim Ellychnio instillaveris oleum, satis alimonie dederis igni: si totum simul infuderis oleum, non solum non alueris ignem verum etiam flamمام, qua erat exstingues. Hic igitur Ozias è stirpe David duxit genus. Rex autem erat Iudeorum. &c. Quartum sermonem de Ozia sic orditur: Praeclarum vobis Theatrum obtigit, magnificus alacrisq; conursus. Quid tandem est in causa? Sementis beri factæ fructus, bedierna

mesis est. Mox ab amplitudine Auditrii progrereditur ad amplitudinem civitatis, ostendens, quid civitatem claram redit. Ab amplitudine civitatis progreditur ad præsentem tranquillitatem & præcedentes turbas, comparans Ecclesiam Antiochenam cum navi, latè proseguens hanc similitudinem, à maris falso-dine, intemperie &c. periculis & privilegiis hujus naviculae. Tandem reversus ad hesternum argumentum, comparat illud cibobis cocto, per simile & dissimile, iterumq; digressus à textu prælecto ad personam dicentis Esaiæ, qui cum coniugio commercium habuit; porrò digreditur ad refutandos eos, qui coniugiū vinculum prætendebant imperfectioni suarum. Quos cum prolixè refutasset: Sed ad rorū, inquit, quæ debemus solutionem proferemus. Qua Epanorthosi etiam ante usus erat in eodem exordio, antequam ad cibum bis coctū, ad personam Esaiæ digrederetur, post absolutam de navicula & Ecclesia allegoriam: Verum ne in longum producta exordio, rursus bōdie vobis Debitorēs discedamus (scitis enim, quā multa sumus beri polliciti, nos bōdie exhibitus) Quod polliciti sumus, representabimur.

*mus &c.* Ac nihilominus iterum producit exordium per digressionem novam.

*Partitio* est *tertia pars Concionis pro-positioni contigua, distribuens concio-nem, memoriae & methodi causâ, in cer-tas partes.*

2. *Eaq; est vel prima, vel subordina-ta: Prima est totius thematis in partes, vel cognatas, vel disparatas divisio.*

3. *Partes thematis cognatae sunt, quæ circa idem objectum, vel ut Causa, vel ut attributū, vel ut persona, locus, tempus, & qui sunt reliqui personarum, & rerum vulgati loci, per Genus Didascalicum versantur. Ut, si quis in historia nativi-tatis Dominicæ Gignentem, Genitum, modum, locum, tempus, conditionem & consequentia genituræ consideret. Vel historiam resurrectionis aut passionis si-mili modo tractet, is partes Nativitatis Christi, passionis & resurrectionis, co-gnatas tractare dicitur.*

4. *Disparatae partes sunt, quando textus propositus diversas historias, aut distincta dicendi genera continet, quæ tamen pro una cōcione enarranda sunt, quales sunt quædam pericopæ Evangel-iæ, distinctas historias proponentes, ut*

*Prima pars generalis.*

*Partes thematæ cognatae.*

*Partes à themate disparatae.*

Matth. 9. de Paralytico, & blasphemia  
Judaorum. Ibid. de Archisynagogo, &  
Hæmorrhousa fœmina. De passione Do-  
mini, & sanatione cœci Luc. 18. v. 31. & 35.  
Et similes textus.

*Thematis  
partitio se-  
cunda, vel  
subordi-  
nata.*

5. Subordinata Concionis partitio, est  
Confirmationis in suas partes, subalter-  
na divisio, quæ communiter est partis  
communis consideratio, & deductio, se-  
cundum aliquod argumentorum ex Ge-  
nere Didascalico.

*Authorum  
ulriæopi-  
niones de  
partitio-  
ne.*

6. De prima partitione non conveni-  
unt authores. *Didacus Stella* nullam par-  
titionem faciendam censet, *cap. 20.* quem  
pleriq; Pontificii sequuntur, ita tumul-  
tuariè concionantes, ut vix textus vesti-  
gium in Confirmatione appareat; Alii  
partitiones non rerum in proposito textis  
contentarum, sed *demonstrationum* seu  
principiorum probandi faciunt, pro illo  
thematè, quod occasione textus sibi uni-  
cè probandum sumserunt. Quod est in  
congruum; nam omnis partitio sit circu-  
res textu contentas, tanquam proprium  
objectum; Argumenta sive probantia, si-  
ve improbantia pertinent ad deductio-  
nē objecti sive thematis particularis. *Pi-*  
*anus partitionē* vocat *diversas methodos*,  
qui

quarum prima ipsi est thematis simplicis *De me-*  
*solutio*, in quæstiones & responsiones, ex thod: con-  
*dictis* & exemplis scripturæ; Secunda conandi  
 quando analysis textus ejusq; paraphra- cap.8.  
 sis præmittitur, & deinde singulis voci-  
 bus, aut versibus doctrinæ intermisen-  
 tur. Tertia, quando usus doctrinæ ex Id. cap.10.  
 textu profuentis, solus demonstratur,  
 non habitâ analyseos, vel connexionis  
 etiam, quæ in textu est, ratione. Quarta,  
 quando summa textus quasi in epitome  
 recitatur, & unicus saltem locus com-  
 munis, sive theoreticus, sive practicus ex  
 eodem demonstratur. Quinta, quando Id. cap.12.  
 textus analysis solum in refutatione fal-  
 se analyseos, aut falsæ interpretationis,  
 in Genere Elenctico versatur. Sexta,  
 quando ex textu unica vox scilicet, quæ  
 per locos inventionis Logicæ, seu per ar-  
 gumenta Generis Didascalici deducitur  
 Tot methodos pariend: textum etiam.  
 Dn. D. Balduinus, Ideæ dispos. Bibl. part. 2.  
 cap. 12. recensuit.

7. Alstedius in Omt. perfecto, methodo 6. Partitio  
 cap. 25 & Theol. Propheticæ part. i.c. 13 Reg 3. concionis  
 Partitionem Concionis aliâ vocat Dogma- juxta Al-  
 ticam, aliam textualem. Dogmaticam, stetimur.  
 quando in Propositione dicitur, quos lo-

eos communes Concionator ex textu  
velit deducere, quod tamen Bucamus pag.  
15 vetat fieri. *Textualem*, quando textus  
Logicē, secundum subjectum & prædicatum,  
vel Antecedens & conseq. vel se-  
cundum personas, res, & gesta, in diver-  
sas partes distribuitur.

7, Præstantissimam autem methodum  
*Potanus* cap. 8 hanc vocat, quam his ver-  
bus inclusit;

Premitto summam, complector, divido  
textum (inceps)

Tum thema constituo, declaro obscurā, de-  
Demostro thema; quedam hinc consepta-  
ria duco.

Principium repetens sermonē finitio tandem.

Partitio  
secundum  
dicendi  
genera.

9. Facilior autem & textui convenien-  
tior partitio illa est, quæ sit analyticæ se-  
cundum distincta dicendi genera; Inven-  
to enim Genere Causæ, non est difficile,  
textum in Generis inventi species parti-  
ri. Si enim textus sit unius dicendi gene-  
ris, fieri non potest, quia seipsum in ali-  
quas species partiatur. Ut; e. gr. enarra-  
turūs dictum Joh. 1. *Verbum caro factū est,*  
quoniā hoc patet esse Generis Didascali-  
ci, patietur illud in duas illius Generis  
species; 1. *Quid sit verbum.* 2. *Qnomodo sit*  
*factum*

factū caro? Pōst subdividendo primam  
 partem, describet verbum ex locis perso-  
 narum; origine, attributis, divinitatis, rebus  
 gestis, Secundam partem describit ex lo-  
 cis rerum, quis sit carnatus? Quid sit in-  
 carnatio? Ubi facta, quibus auxiliis, cur,  
 quomodo &c.? Singulis deinde subdivisio-  
 nibus Elenchum, & Consolationem, vel  
 singulis interferat, vel omnibus ordine  
 subjungat. Si verò textus sit diversorum  
 Generum, ante omnia, dicendi genera ab  
 invicē separanda sunt; quo facto, eādem  
 ratione partitio cuiusq; Generis fiet in  
 proprias species, quomodo textus unius  
 generis in suas species dispescitur. Ut,  
 e.gr. crastinæ Dominicæ Evangelium,  
*Matth. 18. de magno & ingrato debitore*,  
 totum quidem est generis Paideutici, *Dominicæ*  
 adeoque ejus Partitio fiat oportet in XXII. pōst  
 cognatas species: *de quibus c. 2. & seqq. Trinit.*  
 nihilominus, si qvis Genus Paideuti-  
 cum cuī Didascalico velit conjun-  
 gere poterit versum primum Evangelii  
 deducere per Genus Didascalicū, descri-  
 bendo *regnum cœlorum ex locis rerum*.  
 Regem verò & servum, inter quos rationis  
 exigentia, & redditio consistit; ex locis  
 personarum, discurrendo per singulas

species rerum, quæ regno cœlorum con-  
veniunt. Deinde per singulos locos  
personarum, qui Regi & seruo aptius  
conveniant. Quanquam hoc in primis  
advertisendum sit, ne in ejusmodi tradu-  
ctione unius dicendi Generis ad aliud,  
scopus textūs planè negligatur, quod su-  
prā quoq; advertendum diximus. Ut,  
v. gr. Si quis in nostro exemplo, omnem  
concionem descriptionem regni cœlorum  
velit insumere, is negliget scopū Evan-  
gelii, nempe exhortationem ad mutuam er-  
ratorum indulgentiam. Sed oportet par-  
tes Concionis invicem cohædere, & an-  
tecedens ad consequens, & ad unum pa-  
riter scopum collimare, si concio non  
tām artificialis quam utilis dicenda sit.  
Quod Granat, quoq; monuit lib. 3. pag. 224.  
nempe: quanquam unā concione circa  
idem objectum docere, increpare, con-  
solari possimus; objectum tamen princi-  
pale, non esse geminandum, sed statuen-  
dum unum, cui poliendo partes Con-  
cionis inserviant. Partibus autem de-  
ducendis, rursus inserviant illæ subdivi-  
siones, quæ ordine naturæ videntur ex  
parte generali consequi, atq; hoc idēo-  
ne multitudine partium, seu dichoto-  
miarum,

miarum, auditoris memoria obruatur. V. gr. Argumentum dicti textus Evangelici est: *Fratri condonandam esse offensam.* Hujus thematis constituantur duæ partes; Una ex subjecto, cui sit condonandum? 1. fratri, 2. conservo, 3. petenti. Altera ex prædicato: quid sit condonandum, 2. quomodo, 3. Cur, 4. quoties? Singulis his partibus possunt reperiri argumenta idonea, ex Evangelio petita, quæ tamen omnia uni scopo deserviunt, ut consideranti textum patebit.

10. Secunda partitio, seu partium potius subdivisio huic usui est, ut non tam auditoris, quam Concionatoris memoriarum serviat. Nam quanquam Concionatorem oporteat secundum analysin Logicam, textum in intellectu distribuere; non convenit tamen, auditoribus singulas partium divisiones manifestare; sed hoc Rhetoricae proprium est, ut formulis connectendi aut digrediendi, analysin Logicam ita occultet, ut oratio velut secundo & continuo flumine fese consequi videatur. Est autem secunda hæc partium generalium partitio nihil aliud, quam earundem deductio per argumenta singulis dicendi Generibus propriis,

de quorum ratione in Confirmatione  
dicetur.

*Votum  
post par-  
titionem.*

ii, Propositionem & Confirmationem  
solet breve *votum intercedere*, seu invoca-  
tio divini adjutorii, quod optimū est,  
si ex summa partium in concione propo-  
nendarum formetur, v. g. Si quis cristi-  
num Evangelium enarraturus, votum  
illud post propositionē ita formet: *Deus  
immensus ille Rex, qui clemens est super o-  
mnes, largiatur & nobis servulis suis hanc  
gratiam, ut agnoscamus, quantum ipsi debea-  
mus, & quam de nostro nihil solvere possumus.*

*1.Tim.1.17.*

Vel h. m.: *Iesus Christus, Rex ille immensus  
& invisibilis, qui talentum illud magnum  
nostro loco solvit, largiatur nobis hanc  
gratiam, ut quantum nostrum debitum,  
quantum illius solventis beneficium sit,  
agnoscamus, & agnitum perpetuō col-  
laudemus &c. Si proximum Dominicæ  
XXIII. Evangelium quis enarraturus,  
partes dicendi constituisset; Primam, ca-  
ptiosam Pharisaorum quæstionem, &  
secundam, argutā Christi responsonem;  
ex his partibus ejusmodi formabit vo-*

*Jes. 50. 4.*

*tum: Magister ille eruditæ linguae, in quo o-  
mnis thesaurus sapientiae & scientiae habitat;*

*Col.2.3.*

*vel aliter: qui comprehendit sapientes in  
stitutiæ*

*1.Cor.3.19.*

Mutia suâ, concedat nobis, eloquìa sua  
 reverenter efferre: &c. Vel aliter: Sapien- Job. 513.  
 tiam ejus mirari & imitari, ad nominis  
 sui gloriam &c. Vel si textum aliter par-  
 titus sit, ut v. g. 1. doceat, quid Deo, 2.  
 quid Cæsari debeamus, votum tale for-  
 mare poterit partibus præpositis conve-  
 niens: Deus, qui immensus Rex est super uni-  
 versum orbem, qui omnia ordine, numero &  
 mensurâ disposuit, largiatur nobis hanc  
 gratiam, ut quantum ipsi, quantum Cæ-  
 sari debeamus, & agnoscamus, & cuique  
 suum tribuete totis viribus annitamur.  
 Similia exempla, ut votum partitioni  
 conveniat, demonstravit Alstedius Theol.  
 Prophet. c. 49 & 50. lib. 2. Non inconci-  
 num tamē est si alteratis vicibus, votum  
 ex partib⁹ textū sumatur, nonnunquam  
 etiam ex generali quodam dicto scriptu-  
 ræ, quod vel attentionem auditorum su-  
 scitet, vel votum ad Deum continetur;  
 idq; ad præsentem textum accommode-  
 tur, præsertim si de gravi aut singulari di-  
 sturi sumus, ut 2. Cor 4. v. 6. Deus, qui omni-  
 potenti verbo suo jussit ex tenebris lucem pro-  
 dire, mittat radium claritatis sue in corda no-  
 stra, Act. 2. v. 17. Deus, qui promisit, se Spiritum  
 suum effusurum super omnem carnem, &c.  
 effus-

Psal 47. 3.  
Sap. 11, 22.

effundat nunc Spiritum gratiæ super nos opulenter, &c. Sic et Chron 6, 40, 41. Exurge Domine, exurgat veritas tua, indue sacerdotem tuam salutem, & gaudeat populus tuus de bonis gratiæ tue! Cujusmodi vota formari possunt, ex dictis, Matth. 10. v. 19, 20. Deut. 33. v. 1. Psal. 49. v. 21. f. 51, 17. Ps. 90, 17. l. Reg. 8, 28, 29. Quòd annotari possunt similia Scripturæ dicta, vel nostram attentionem, vel Dei ad dicendum auxilium expectantia. In SS. patrum sermonibus post factum à precibus sermonis ingressum, raro reperies post finem exordia repetitas esse similes vel æquipollentes ad Deum preces, pro felici successu, aut fructu ex hoc sermone nascituro. Vide infra D. D. Försteri formulas p. 209. seqq. Sed attentionis imperationem, etiam post propositionem & partitionem frequentissimè repertas apud Chrisost. Vide homil 12, in Genes. 2. 3. 4, in Jej. VI. &c.

## CAPUT. IX.

*De*

## Confirmatione &amp; Epilogo.

*Confirmatio concionis.*

1. Post partitionem & breve votum, sequet sequi Confirmatio, quæ est propositio the-

thematis, per convenientia singulis dicendi generibus, & speciebus argumentata, deductio.

2. Ejus partes sunt tres i. *Narratio*, quæ *Ejus pars* includit explicationem seu phrasin tex- res.
- tus 2. *Ejus deductio per Confirmationem*.
3. *Usus* seu applicatio.

3. *Narratio* includit rei gestæ, aut historiæ, quæ intextu proposita est, plenam relationē, ejusq; explicationem, *Grammaticam*, in significatione vocum. 2. *Dialecticam* in vi consequentia, & connexione antecedentium & cōsequentium, & 3. *Rethorica*, in paraphrasi, quæ partes singulæ dictis Scripturæ parallelis solent illustrari, ut e. g. in crastino Evangelio (*date Cæsari quæ sunt Cæsaris*) est i simplex narratio. 2. *Ejus dicti explicatio Grammatica*, quæ facilis est; nemo enim nesciret, quid Cæsar, quid ea, quæ Cæsari debentur, sint; *Dialecticah. m.*: cuius est imago nummo impressa, ei licetè sua imago reddi potest. *Rhetorica* per declarationem vocis (*dandi*) i. e. libenter, cum alacritate, non coacte, nō cum murmure, non cum defraudatione: Græcum *ἀπύδοτε* significat reddere, quod creditum nobis est, vel quod mercedis loco, pro labore & studio debetur &c. *Cæsari*, sive ipsi, seu ei, qui cunque,

cunque Cæsar is locum tenet, ut est magistratus inferior, aut ejus legatus Generis exigens, i. Petr. 2. 13. 14. (quæ sunt Cæsar is) i. e. quicquid debit is, preces, timorem, observantiam, tributum, uti declaratur, i. Tim. 2. v. 2. Rom. 13. v. 1. 7.

*Deductio  
quid?*

4. *Deductio per Demonstrationem*, est thematis propositi, in quo cunq; dicendi Genere, per convenientia cuiq; Generi argumenta probatio, & amplificatio.

*Eius me-  
dia.*

5. *Loca demonstrationum*, sunt vel insita textui, vel assumpta; Si insita sunt, sunt vel quædā, vel omnia, quæ ad thema probandum afferri possunt, quamquam rarō fiat, ut uni sacræ concionis textui omnia illa argumenta insint, quæ ad thematis probationem ex rei natura pertinere possunt. Pro facta ergo partitione textus, vel thematic a, quando thema unum ex textu selectum luculenter & per integrum locum communem tractandum proposuimus, tūm loca argumentorum non insita solum, sed & assumpta ex aliis script. capp. usurpanda sunt; vel si partitio dogmaticè facta est, id est, quando pro capacitate textūs; thema distributum est, in species aliquas Generis Didascalici, vel in Didascalici Generis & Paideutici simul, vel cujuscunque tan-

tandem Generis species sint, in quas tex-  
tus, pro latitudine sua distributus est,  
tum argumenta textui insita sufficiunt,  
si parallelis solum dictis, exemplis, & si-  
militudinibus illustrentur. Ut e. gr. si  
quis occasione vocis (*Cæsaris*) universum  
*Thema*, sive locum communem de Magi-  
stratu tractare velit, ei non sufficient ad  
probandum hoc *thema*, argumenta in  
hoc solum Evangelio proposita, sed co-  
getur ex aliis scripturæ dictis, institutio-  
nem, officium, sublimitatem, & cætera  
Magistratui cōpetentia demonstrare;  
Contrà, si quis Evangelium hoc, pro ca-  
pacitate suâ ita distribuerit, ut solum de-  
hoc themate dicturus sit, quod Evange-  
lii proprium est; *Anticeat Cæsari Censum*  
*dare*? ei sufficient ad *thema* hoc proban-  
dum argumenta textui insita; *primum*, ab  
exemplo *Judæorum*, 2. à definitione  
*Christi*. 3. ab æquitate, quia patrocinio  
& privilegiis ejus gaudemus. 4. ab Op-  
positis: increpatione *Judæorum*, idèò  
quod detrectaverint censum dare. A De-  
fectu justæ excusationis, quod in *Judæis*  
cum rubore dimissis appetet &c: Hæc  
argumenta, quæ thematis proportionata

funt, sufficere possunt ad illud probandum, dummodo ad singula argumenta dicta quoque scripturæ parallelæ, exempla, & similitudines conquirantur. Atque hæc confirmandi ratio optima est, quando argumenta ex textu eruuntur non aliunde in textum invehuntur: quod necessum est fieri, quando occasione unius voculæ, quæ fortè in Evangelio extat, universum locum communem trahere proposuimus.

*Modus deducendi thema, per argumenta textui inservit.*

6. Ratio igitur probandi thematis, ex argumentis textui insitis hæc erit, ut concepto primum dicendi genere Didascalico, Epænorthotico; aut simili, scopus figatur, quam speciem inventi Generis Concionator sectari velit; v. g. quantum propositum docere, seu Generis Didascalico uti, an velit laudare rem; vel vituperare, vel ejus qualitates describere &c. Deinde scrutetur textum, quod argumenta ex his, quæ superius cap. III cuique generi inservire posse diximus ex textu desumi possint; eaque ordinis collocet, & singula dictis scripturæ, exemplis, & (z) similibus confirmet. Scopus Concionatoris est non docere solùm

solum, sed & hortari, vel consolari, inquit similiter, quot argumenta Generis Paideutici, vel Consolatorii, ex textu erui possint, eaque itidem ordine collectet, ut supra de argumentis Generi Didascalico propriis dictum est. Quod si nulla argumenta horum Generum textui insint, deducat unum Genus ex alio, eo modo, qui supra designatus est: cap. IV. num 7. seqq. Atque ita postquam docuit, iuxta dictum generis Didascalici, deducat ex hoc genere Increpationem, ex increpatione, seu ἐπαρογὴν Consolationem deducat, vel quocunque tandem Genus ei adhibere placuerit.

7. Postquam omnia argumenta probantia, & textui insita, inde eruta sunt, & (1) dicta parallela, (2) exempla, & (3) similitudines fuerint adjunctæ, quāquam & hæc tractatio ad amplificationem pertineat, sunt tamen præterea aliæ amplificandi rationes, quæ in quovis dicendi Genere usurpari possunt. Ut (1) Allegoria, quæ est textus simplicis, à proprietate sermonis ad figuratam intelligentiam traductio, sique per analogiam quandam rei cum re, quando propositi the-

Argumen-  
ta alia  
præter in-  
sita textui.

*Allegoria  
Jairi.*

matis sive causas, sive Effectum, sive attributa, (ut circumstantias, nomen, locum, tempus, &c.) per figuram alii quoque rei accommodamus. Ut quando ex gr. lapidis seu petræ nomen, origo, Effectus, circumstantiæ, ut locus, tempus, usus, &c. ad Christum accommodantur; Vel, si quis proximæ Dominicæ Evangelium de Jairo & Hæmorrhousâ Matt. 9. 18. seqq. allegoricè exponere velit poterit statim ab initio Evagelii allegoriam ordiri h. m. ut primum argumentum ducat à tempore miraculi. Eo tempore, cum Christus loqueretur ad discipulos Iohannis, operum legis sectatores scilicet non posse ista opera cum gratuitâ justificatione consistere, quomodo mustum non potest intra vetustos uteres consistere, nec pannus novus atritæ vesti affui, Matth. 9. v. 15. 16. Eo tempore accedebat ad eum Archisynagogus &c. Tantum exemplo suo demonstratus, hæc esse vera, quæ Christus dixerat. Hujus enim unica filia mortua erat, id est, hujus etiam præstantissima opera perierat, quomodo filii & filiæ non raro in sacris opus extructum significant & habent Erymō.

tymologiam suam ab extruēdo *Jes. 5. v. 1.*  
*cap. 21. v. 10. Psal. 17. v. 8. Jos. 17, 11. Ideō prō-* *Filiī, & se*  
 cumbendum erat huic primati legis, co- *lia signifi-*  
 rām Christo, qui Dominus erat legis, &c. *catio me-*  
 qui potera t filiam mortuam, id est le- *m̄phorica*  
 gis sectatores in peccatis mortuos resus-  
 citare, *Rom 4 v. 17. Eph. 1. à v. 1. ad 7.* per im-  
 positionem gratiosæ manus id est, præ-  
 dicationē salutiferæ gratiæ, & applica-  
 tionem meriti sui, *Sap. 16. v. 10. 12. Quo-*  
 modo & Moses ipse, summus legis Sacer-  
 dos, non poterat gratiam DEI videre,  
 antequam Deus manum suam ei impo-  
 suisset, *Exod 33. v. 22.* identidem demon-  
 strat. Fœmina Hæmorrhousa simul o-  
 pem Christi implorans, ceu, quæ per al-  
 legoriam significat; omnem sexum, tam  
 fœminas, quam mares, *Galat 3. v. 28.* pro-  
 fluvio sanguinis laborare, id est, san-  
 guinolentis peccatis immersos esse, *Jes. 1.*  
*v. 6. & 15.* Nec posse vetustis operum  
 pannis, quos Christus rejecerat, satia-  
 ti, sed tantum fideli contractu novæ il-  
 lius vestis, de qua *Jes. 61. vers. 3. & 10. &*  
*Apoc. 3. v. 8. dicitur:* id est, meriti Chri-  
 sti, quæ vestis cum attritâ illâ nostro-  
 rum meritorum, plane nequi cōsui &c.

Allegoria  
 hæmor-  
 rhousa.

deravit, per venustam allegoriam expōnitur de novo illo panno, quem cum at tritâ operum veste consistere non posse, Christus supra dixerat. v. 16. Verū si hauc allegoriam quispiam extendere velit ad Francisci vel Dominici tuni cam, vel etiam Elisabethæ aut Brigitæ strophiolum, aut vexilla etiam, quæ in papatu circumferuntur, quasi ejusmodi reliquiæ sanctificandi aut sanandi vim haberent; is vim textui inferet. Deinde ad vertēdum, ne textus ad allegoriam inepti, violentiâ quādam cō contorqueantur, ut papisticis homiliariis solenne est, de quibus adductis aliquot exemplis, Cornelius de Lapide conqueritur, pro omio in Prophetas Minor. folio 7. Qua le est illud in jure Canonico, caus 23 qu. 4. Allego can. 16. ex Evangelio Matth. 22: v. 4. Tam viarum & altilia mea saginavi, quasi tantundem sit, quod patres Ver. & Nov. Testamenti in cœlum evocavi. Et illud ex Job. 1, 14 boves arass.; & astinas pavisse juxta eos, quod Bellarmin lib 1. de Justif. cap. 7. (post multos licet alios) exponit: Sacerdotes habere fidem explicitam, laicis sufficere fidem implicitam; seu Carbo-

Atque ita deinceps totum Evangelium per articulum justificationis allegoricè poterit exponi: Nempè, quod cum Archisynagogo Christum necessum fuerit descendere id est infirmitati ejus condonare; quod tibicines, id est, legum expositores oportuerit ejici à resu Icitione mortui i. e. à justificatione peccatoris &c. In Postillis Ecclesiasticis Lutheri, & Commentariis Germ. in Genesim, & Prophetas minores, plerumque post Analysis Grammaticam textus sequitur expositiō allegorica, ut in Commentariis Ribe- rae in Prophet Minores. Alvarez in Iesaiam, Pinti in Ezechielem, Et Cornelii à Lapiet in omnibus suis Commentariis quos edidit.

**Cantela in allegori- fando ad- bibenda.**

8. In qua amplificandi ratione hoc in primis attendendum est, ut ea tantum, quæ ad allegoriam apta sunt, ex textu selligantur, ea verò, quæ ad surditatem quādam, si allegoricè exponantur, paritura essent, relinquantur. Nec enim quæ in uno aut aliquibus tertiiis convenient, infinitum extendenda sunt; e. gr. Quod in præsenti Evangelio Hæmorrhousa tantum Christi vestem contingere desi- dera-

natiā. Nec non illud ex *Luc. 22, 38.* Ecce duo gladii, quod non Papa Innocentius solum, sed Bellarm. etiam *lib. 5. de Rom. P. cap. 7.* exponit de potestate spirituali & temporali, quæ penes Romanum Episcopum sit; Tām vel illud ex *Gal. 6. v. 17.* de cætero nemo mihi molestiam creet, quia fero stigmata Iesu Christi in corpore meo, quod Papa Nicolaus III. ita exponit in capit. *Exiit de verborum significat.* Monachus Franciscanos non esse molestia afficiendos, quia author ipsorum Franciscus receperit stigmata Christi impressa corpori suo. Hæ & similes allegoriæ non ineptæ solū, sed & Blasphemæ in Postillatoribus Papisticis in primis cavendæ sunt

Dicta verò amplificandi ratio, quando in Genere Elenctico & Didascalico versatur, communiter vocatur *allegoria*, qua nodo autem in mortalibus, ut Genere Paideutico, Epanorthotico aut Paracletico versatur, *eropologia* dicitur, ut videre est apud *Gnat. pag. 227, Lib. 4.*

*Ratio am.  
plificandi  
per ana-  
gogen.*

9. Secunda amplificandi ratio fit per *anagogam*, quando id, quod de rebus terre-

terrenis, aut quibuscumque aliis dictum erat; ad cælestia accommodatur. Ut, quando Apostolus ea; quæ de *Hagar* & morte *Sinai* dixerat ad literam, accommodat ad legem, per allegoriam; Postea ea, quæ de *Sara* dixerat, accommodat ad triumphantem Ecclesiam, per anagogiam, Galat. 4. v. 24 seqq. Sic, ad Heb. 3. v. 11 seqq. cap. 4. 1. seqq. cap. 11. viii. seqq. ea, quæ ad literam de felicitate & tranquillitate terræ Canaan dicta sunt, accommodantur ad felicitatem & tranquillitatem terræ viventium, quæ in cœlis est. Ita si quis crastini Evangelii pericopam, v. 16. Marth. 24. (qui est in Iudea, fugiat in montes) per allegoriam primò explicuerit de monte Ecclesie, quod eō configendum sit, Jef. 2. v. 2. Psalm. 2. v. 6. Deinde per anagogiam, tandem in montes fugam poterit traducere ad meditationem cœlestium, seu spem in cœlis collocandam, per anagogen, ex Psalm 121. v. 1. Philip. 3. v. 20. & simile est Genes. 19. v. 7. & alibi. Vide Gratian. 1. d. de sensu Mysticō. Et Regium lib. VI. cap. 25.

II. Quartus amplificandi modus solet fieri per diversas proponendi formas, ut id, quod nunc propositum est per interrogationem, alias proponatur per asseverationem ; collectio alia fiat per Dilemma, alia per Syllogismum, alia per Soriten, alia per remotionem contrarium. Qui diversi modi , proponendi rem eandem, non minus amplificationis inserviunt . Granat. exornationem vocat , lib. 2. cap. 10. ut : Solus Jehovah probatur esse Deus, per interrogationem , Jes. 40, 12, 13. Quis mensus est aquas palmo ? &c. Jerem 23, 23. Annon Deus de propinquuo sum Ego? per asseverationem , Jes 44, 24. Sic dicit Salvator tuus , qui ab utero te formavit : Ego sum Dominus omnia potens , Ego expando cœlos solus , Ego terram extendo sine adiudicatore &c : Jes 45, 15. Certe , absconditus Deus es , Tu Deus Israel: Quis similis tibi &c: Jer 3, 23. Profectò , meri dolè sunt idolorum cultus : profectò , nusquam nobis bene est , nisi apud Dominum Deum nostrum. per dilemma , 1. Reg. 18, 21. seq. Aut Iehova aut Baalverus Deus est : Quid claudicatis? Aut huic aut illi servite per syllogismum : Hoc dicite omnibus : Quicunq; Di cœlum & terram non fecerunt,

Ratio am  
plificandi  
per diver  
sas propo  
nendi for  
mas.

*Ratio amplificandi ex locis personarum & rerum.*

10. *Tertia amplificandi ratio, siquidem persona sit, de qua sermo est, sumitur ex locis personarum, ut nomine, Genere, natione, aetate, sexu, educatione, moribus, & fortunâ, convictu, studiis, rebus gestis &c. Si res sit, sumitur ex circumstantiis rerum, ut pote causis, loco, Tempore, occasione, mediis rei gestæ &c. quem modum amplificandi non Aristoteles solum lib. 4. Rhet. sed Granat. in primis lib. 2. derat. Conc. cap. 8 & 10. & lib 3. à cap. 2 ad finem traditæ; qualis amplificatio non solum, quando Christi, Prophetæ, Apostoli aut cujuscunque hominis sancti, & bene meriti vita, & officium describenda est, vel quando alicujus flagitiosi vita, ad evitandum simili flagitium, expomenda est, usu venit; quod ex Ciceronis Philipicis, Actione in Verrem, in Catilinam &c. Cyprianis sermone in Demetrianum, Hieronymi Epistola in Joann. Hierosolymitarum aliisque videre est, qua felicitate verba, gestus mores expresserint? Sed in qua cuncte materia, & quo cuncte dicendi Genere usurpari potest, ut supra in argumentis Generis Didascalici dixerim.*

II. Quæst.

munt, non sunt verus Deus; Vestrī Dīi cōlūm  
 & terrā non fecerūt &c. Job. 39. Et 40. per  
 tot. per Soritem Sap. 15. 16. seq. Pueris sunt  
 stultiores, qui eos putant Deos, quarum nō  
 que oculi vident, nec aures audiunt, neg. na-  
 res halitum ducunt, neque digiti sentiunt;  
 nec pedes movent, &c: apud Regum lib. VI.  
 cap. 30. per remotionem contrariorum,  
 Jes. 44. 8, 9, 10 seqq. Vani sunt omnes Axiſſices  
 idolorum, vani sunt, nulli terrori, nulli usui,  
 nulli⁹ preciſ &c. Jer. 10, 11, 12 16 seq. Sic ebriet-  
 tatis vitiā perstringitur per interrogatio-  
 nem Jer. 35, 27. per exprobrationem Amos  
 6, 3 seq. per asseverationem Gal 5, 21. per  
 Syllog. Qui perdit templum Spiritus S. is  
 perdetur, i. Cor. 3, 17 Ebrius perdit &c. ibi.  
 cap. 6. 10. per Soritem, Proverb. 23, 29 seq.  
 per contraria: i. Pet 4, 3. i Cor. 6, 11. &c.

Amplifi-  
 candi ra-  
 dio à cir-  
 cumstan-  
 ciis.

12. Quinta amplificandi ratio, sumitur  
 à consideratione rei, secundum diversa  
 tempora, seu circumstantias, rem aut  
 personam antecedentes, concomitan-  
 tes, & consequentes. Ut, si quis huma-  
 næ vitæ miseriām descripturus, enarrat  
 primò vitam ipsam *antecedentia*, ut  
 sunt: conceptus, matris dolores, mor-  
 bi,

bi, metus abortus, imperfectio fœtūs;  
*Concomitantia*, eaque deducat per ho-  
minis infantiam, adolescentiam, vi-  
rilem ætatem, & senium, ac cujusque  
ætatis specialia pericula, specialia deli-  
cta numeret. Denique *Consequentia*,  
ut sunt, incertitudo salutis apud ple-  
rosque Iuctus posterorum eorundem-  
que paupertas, infamia, & quævis in-  
fortunia &c. Eiusmodi exemplum est  
in descriptione funeris Josephi, quem  
pater persuasus erat à feris fuisse discer-  
ptum. Hunc dolorem commode quis  
amplificabit (1) ab antecedente contra-  
tio gaudio Jacobi, & singulari amore  
in hunc filium, a spē in ipsum defixā,  
ab ingenio, à fratribus simultatibus, ab  
insidiosis eorundem consiliis, gestibus,  
sermonibus & aliis, quæ Josephi vendi-  
tionem præcesserunt. 2. à *Concomitan-*  
*tibus* necem hanc (uti apparebat) Jose-  
phi, scilicet à genere mortis, quod cru-  
dele, quodque lamentosum erat; ideo,  
quia non apud parentes, non in lecto,  
non exploratà prius ope medicà, non  
in ulnis patris, denique, quia nul-  
la acceptâ benedictione mortuus erat.

3. à Consequentibus necem; Fratrum fraude, parentis dolore, qui considebat conspersus pulvere, lacerus veste, jejunus, lamentans, irritus à filiis &c. quæ hominem quendam lugentem quasi oculis conspiciendum exponunt. Harum circumstantiarum congeriem vocant Rhetores οὐναθεγισμὸν. Cujus exempla passim reperire est apud Chrysostomum, præsertim quando verba, gestus & affectus Abrahami describit immolatum filium suum, in cap. 22. Gen. Quale adducit Granatensis lib. 3. cap. 3. ubi amplificandi modum per antecedentia, comitantia & consequentia describit, ex Osorio miseriam vita humanae exaggerante. Plura exempla legere est apud Eundem cap. 5. & 6. quando modos Amplificandi ex Quintiliano accommodat amplificationi rerum Sacrarum; Quod & Regius egit lib. 6. cap. 33.

*Amplifi-  
candi re-  
tio per fi-  
guras di-  
ctionis.*

12. Sexta amplificandi ratio desumi potest ex figuris dictionum aut sententiæ, ut eadem res nunc proponatur per Exclamationem, nunc per Prosopopœjam, nunc per Epanorthosin, per communicationem, & similes figuræ, quibus non solum res amplificatur, sed & affec-  
tus

Qus excitantur, de quibus in Pathologia pluribus dicetur. Summatim nunc dico, tot sunt amplificandi rationes; quod sunt inventionum loca, de quibus supra dictum est. Exornavit autem hanc Amplificandi rationem elegantibus verborum & phrasum Emblematis D. D. Forsterus per Explicationem Synonymorum, Eleganterum phrasum, Epithetorum, Convenientium Adverbiorum &c: Quas formulas infra adscripsiimus pag. 312. seqq.

Granatensis V. vias amplificandi monstravit: (1) à partibus integrantibus vel etiam essentialibus, aut speciebus sub eodem genere contentis lib. 3. cap. 2. (2) Ab adjunctione antecedentibus & conseque cap 3. (3) à causis verum tum veris tum falsis. c. 4 (4) ab effectibus & consequentibus per se vel per accidentem. cap. 5. (5) ex congerie omnium causarum, qualitatum, affectuum, accidentium, fine ordine.

Carolus Regius VIII. vias monstrat. (1) Ex vocum & linguarum proprietate. (2) Ex versionibus, expositionibus, sensibus & præxi, (3) Ex varietate lectionum, parallelorum & concordia scripturarum. (4) Ex annexis, scopo, causis, similibus. (5) Ex argumentatione

seu Syllogismo. (6) per similitudines, Exem-  
pla, & Sententias. (7) per argumentationem  
ex locis topicis. (8) per 4. modos amplifican-  
di à Fabro propositos Lib. VI. cap. 26. Iepp.

**Uſus Con-  
firmatio-  
nis quis.**

13. Uſus Confirmationis spectatur, vel  
quantum ad fructum, quem auditores  
ferunt, vel quantum ad effectum proxi-  
mum, quem Concionator intendit. Hoc  
sensu sumtus Confirmationis uſus, est  
quædāz Consequentia, sive dogmatica  
sive moralis, quæ ex themate proposito  
deducitur.

**14. Uſus.  
dogmati-  
cus.**

14. Dogmatica consequentia est; quæ per  
discursum Logicum ex themate quodam  
deducitur, ad articulam quandam fidei  
probandum, in Genere Didascalico, vel  
eundem vindicandum à contrariis erro-  
ribus, in Genere Elenctico.

**Uſus mo-  
ralis.**

15. Moralis consequentia est, quæ ex  
quocunque themate deducitur, ad mo-  
res sive informandos, in Genere Pai-  
deutico, sive corrigendos, in Genere  
Epanorthotico; sive erigendos in Ge-  
nere Consolatorio, quod fit i. per de-  
ductionem unius Generis ex alio, quæ  
ratio supra monstrata ex cap. 2. 2. per  
deductionem thēses ad hypothesis,  
quam

quam Granatensis vocat descensum ad singularia, quando id, quod sive in genere de multis, sive in specie de aliâ personâ, alio loco, & alio tempore dictum erat, ad præsentes auditores, præsentem locum, & tempus accommodatur. Vel quando generalis quædam regula, sive sit Didascalica sive Paideutica, aut quæcunque alia, individuis applicatur; ut quando Christus *Marc. 13.* de incertitudine novissimæ diei, periculis eam præcessuris, & debito vigilandi dixerat, accommodat ea vers. ult: quæ in genere dixerat, ad suos discipulos, & quæ ad discipulos dixerat, ad omnes; *Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate.* Ita B. Gregorius, cum illud (*Job 31. v. 39. Si fructus terra absq; pecunia comedendi &c.*) explicuisse, accommodat illud allegoricè ad se suosq; Collegas hoc modo: *Fructus terra absq; pecunia comedere est, in Ecclesia quidem sumptus comedere, sed eidem Ecclesia prædicationis pretium non exhibere; Terra igitur, fructus absq; pecunia comedit, qua Ecclesia comoda ad usum corporis percipit, sed exhortationis ministerium non impendit.* *Quid ad haec vos Pastores dicitis, qui officium Praconis suscepistis, sed Ecclesiastica alimenta nacti,*

manducatis, non labonatis? Ita Chrysostomus, cum homil. 3. in Acta, multa de ambitione Episcopatum, & infectione vulgi dixisset, accommodat hoc modo: *Vellem quidem, Auditores, hanc nibil ad vos pertinere, quis enim est inter nos Episcopus qui ambiat, quis inter vos fidelis, qui electum infectetur &c.* Ita Apostolus cum de spirituali plantatione & ædificatione multa dixisset, accommodat ad se & Apolloniu[m], i. Cor. 3. v. 5. 6. &c. Cujus accommodationis plura exempla legere est apud Granat. lib. 2. derat. Conc. cap. 12

Confuta-  
tio, quo-  
modo in-  
stituenda?

Occupatio  
quot mo-  
dis fiat?

16. Ex quibus argumentis confutatio soleat instituti, id supra de Genere Elenctico dictum est. Quod si concio ex professo non sit Elenctica, refutatio solet instituti per occupationem; tum ne auditorem offendamus, tum ne indubio quid reliquise videamus. Prior occupatione dicitur Munitoria, & sit hoc modo: Non est, quod quempiam offendat &c. Vel, utitur Apostolus dicit. *Non dico ista in vestrum confusionem, i. Cor. 4, 14* Vel: *Nihil egre vobis feci Auditores, ut Galat. 5. v. 10.* Aut alia quavis ratione, quæ præmunire orationem potest ab invidia. Altera dicitur Confessoria h. m. Fateor quidem, non nihil inesse

inesse huic rei difficultatis, sed &c. Alia *Excusatoria* h. m. Quantum profectò est illud, quod adversarios offendit? Alia *Emendatoria* h. m. Neq; verò alicui mirum hoc sit, sunt enim hæc digito Dei scripta; sunt à Prophetis & Apostolis inculcata: sunt à Spiritu S. confirmata, in unita miraculis, stabilita martyriis &c. ut nihil possit subesse falsi, nihil dubii, &c. Quæ occupationum genera non solum pro excusatione rei, auditoribus integræ, sed etiam pro munitione personæ dicentis accommodari possunt; *Munitorum* quidem h. m: Ne Vos offendat, Auditores, quod nunc in primis in hoc vel illud crimen tantoperè invehatur, cum aliás me id non solere memineritis. *Confessorium* h. m: Fateor, vehemens & acerbum dictum, sed quis est, cui indignitas rei non simile aut majus expressebit?

*Excusatorium* h. m: Oportet me istud dicere, A. salus mea periclitatur, vestra in extremo hæret: non impellor in secundi quempiam libidine, sed me zelus Dei urget, Populare & ingens hoc crimen si queam corrigendi. *Emendariorum* h. m: Ignoscatis, A. si forte longius sim

proiectus, si opinione vestrâ acerbius dixerim, post concisior erit & lenior nostra oratio. *Affirmeretur h. m. rem daturus sum incredibilem, sed mihi Christus, verissimam, ut et Cor. 11. v. 21 cap 12. v. 1. Ita Chrysost. homil. contra Iuxum Tom. 5. Imo si oportet aliquid mirabile dicere, & praeter multorum opinionem, quod tamen verum est; si voluptatem inquirimus; in frugalitate eam magis, quam in luxuria invenimus, &c. Similia ex Patribus exempla recitat Granat. lib. 2. cap. 14. sed quam excusationem docet afferre, si quis inaudita mendacia de Simeone Stilita aut Catharina senensi attulit, eodem cap. & seq. 15. Ea discipulis suis reservet. Idem Chrysostomus homil. 56. de nuptiis Jacobi, & excessibus nuptiarum sui seculi agens, bis utitur occupatione excusatoria: *Oro feratis monentem de re necessaria &c. Item: Verum, ne agrave feratis rogo &c.* Mox eos laudat h. m: sed quod suscepturni sitis magnâ cum alacritate hoc nostrum consilium, & opere impleturi, valde persuadeor. *Video enim vos magnâ cum voluptate audire ea, quæ dicuntur: idq; ex aplausu & laudibus vestris conjicio, quod ope-ribus etiam hoc sitis completuri ideo conten-*  
tus*

*tus dictis, ad contextus seriem regrediar.*  
 Atq; ita redit ad explicationem textus propositi. Idem Chrysost. in Exord. sermonis: *Quod nemo seditur nisi a se ipso.* Insolentiā hujus Tituli exordio excusatio mollit. idem homil. 13. ad populum frequentem repetitionē cladis, inquam acciderat civitas Antiocheno, dejicendo statuas Cæsaris, excusat per occupationem.

17. Quas Calvinistæ, Polanus, Bucanus, *Cautela Alstedius*, &c. de Confirmatione, & Con*circa confutatione instituenda conditiones præfirmatio-*  
*scripsierunt, ne scilicet argumenta qui-*  
*nem, &*  
*bis utimur, sint violenta aut contorta,* *confutaz-*  
*sed facilia & evidenter, ne longè petita,* *ticinem,*  
*sed textui analogia, ne imbecilla, sed ef-*  
*ficiacia, neq; errores adversariis affinga-*  
*mus, sed quod refutamus, modestè fiat,*  
*illæ, quia naturali judicio cuivis obviæ*  
*sunt, non indigent nostrâ interpretatione.* Saltem hoc addendum est; quia Auditorum & seculi impietas hoc poscit, ut major emendandis moribus, quam refutandis hereticis cura impendatur; Nunquam tamdiu docendo & refutando inhærendum esse, ut non potius spatum concionis instructioni aut.

correctioni morum, vel etiam Consolationi afflitorum tribuatur, nisi tempus & locus uni dicendi generi instandum esse suaserit.

*Conclusio.  
nis for-  
mulae  
Canones.*

18. De Epilogo operæ pretium nō est, Authorum monita convalescere. Commune Rhetorum est: ut fortissimum Confirmationis argumentum, tām textuale, quām patheticum, proximè ante orationem adducatur, quò stimulum in animo Auditoris relinquamus. Non inconcinna concludendi ratio est, si argumenta; quibus pro concione usum, conciso ordine repetamus. Et adjecto Epiphonemate, quis hoc non credat, quis non consentiat, quis non obsequatur? aut simili, Epilogū formemus: ut Jer. V, ult. Wie wils Euch doch zu leid drob ergehen vel 2. Chron. 24: Der HErr wird es sehen vnd suchen. Vel: Ezech. 33: Wens aber kome was kommen soll/so werden sic sehen / das ein Prophet unter ihnen gewesen ist: Summariam repetendi rationem capita pro confirmatione deducta, atq; ex hoc repetitione redundarem utilitatem conjuxit Chrysostomus homil. 3. de verbis Esaiæ: Vidi dominam; sub finem. Sed age sermonem hunc

hunc missum faciamus, ne quid in initio  
verebamur, nunc accidat nobis, rerumq?  
turba vestram perdat memoriam. Qua-  
propter necessum est, ut quæ dicta sunt  
summatim paucis repetamus: Sic & ma-  
tres facere solent, quum poma aut bella-  
ria, aut aliud simile quippiam in pueri-  
lem immittunt sinum, ne per puerorum  
negligentiam excidat aliquid eorum quæ  
data sunt, contractam undiq, tuniculam,  
eingulo subiiciunt quo sint in cuto.  
Idem nos faciamus, orationem in lon-  
gum porrectam contrahamus, memo-  
riæq; custodiæ deponamus. Audistis quo  
nihil agendum sit ad ostentationē apud  
homines, quantumq; sit malum socordia,  
ut etiam imperfecta vita versantem faci-  
le supplantarit. Didicistis, quanta no-  
bis opus sit cura, potissimum sub finem  
vitæ, utq; nec desperandum sit de eo qui  
mutatus inciderit in peccata, neq; qui  
benè vixit eum oporteat per socordiam  
in recte factis confidere. Differimus  
vobis de differentiis peccatorum, ne si-  
mus vehementer intenti ad eximias cor-  
porum formas, quantumq; hinc oriatur  
malum demonstravimus. Quæ de superbia  
vobis diximus meministis, quæq; de pra-

vis cogitationibus. Hæc servantes redeamus domum ; quin potius hæc servantes excipiamus, perfectiorem doctoris exhortationem. Solet etiam Conclusio gnomà, vel sententiâ quædam fieri, quæ vel summam Concionis contineat, vel alias acumen quoddam habeat, ad commovendos auditores: Ita Apostolus suas Epistolas solet concludere, nunc vero, ut *Rom. 16. v. 25* nunc consolatione ibid. v. 20 & *1. Cor. 16. v. 23* 24. Vel etiam interprætatione, ut: *Qui Iesum Christum non diligit, sit anathema, maledictus* *1. Cor. 16. 22.* vel simili Conclusione. Quomodo dicitur *Act. 8 vers. 25.* Apostolum concionem suam conclusisse uno verbo, quod Judæos vehementer pupugerit *v. 29.* Elegans et iam est Epilogus, quanquam non semper usurpandus, qui ex abrupto fit, ut: sufficit: vel: *Pax omnibus, qui Christum Iesum sincerè diligunt!* *Eph. 6. v. 24.* *Rom. 15. vers. 33.* *Coloss. 4. v. 18* *1 Pet. 5. v. 14.* Vel: qui habet aures ad audiendum, audiat, dilecti, fugite, cœlete à peccato, ut *Job. 5. v. 21.* &c. Vel simili contestatione.

*Vt i post  
concionem  
formandi  
formulae.*

19. Deniq; post epilogum & intercedentes preces, solet felix quædam comprecatio ad populum dici, ex *Num. 6. v. 24.*

D. 24. 25. 26. Phil. 4. v. 7. 1. Reg. 8. v. 57. 58. Sir.  
 50: v. 24. seq. 1. Pet. 5. v. 10. 11. 2. Pet. 3. v. 18.  
 1. Tber. 5. v. 22. 23. Heb. 13. v. 20, 21. Ps. 115. v. 12.  
 13. seqq. & similibus sive precibus, seu votis.  
 Quæ formulæ tamen & ipse commode sumun-  
 tur ab ejusmodi comprecatione, quæ textui  
 est congrua.

## CAPUT X.

DE

## Connectendi Formulis.

Absolutis Concionis partibus in-  
 trinsecis, sequuntur ordine ea, quæ ad-  
 concionem vestiendam pertinent, inter  
 quæ præcipua sunt, quæ connexioni,  
 disjunctioni, separatiōni & distinctioni  
 thematis propositi vel etiam Digressioni  
 à themate præsenti inserviunt. Intel-  
 ligimus ergo per Connectendi formulas,  
 non conjunctiones solum copulativas;  
 sed quasvis divertendi, redeundi, incre-  
 pandi, consolandi formulas, & modos  
 transcendendi ex uno dicendi genere  
 in aliud. His enim totum concionis sy-  
 stema conglutinatur.

2. Formulæ connectendi Exordium cum  
 Propositione hæ ferè sunt: 1. Si Exordium Modus co-

Perfor-  
 mulas cō-  
 nectendi  
 quid intel-  
 ligatur.

L 5 à simi.

neclendi à similitudine aut typo, qui argumento  
 Exordium Concionis conveniebat, sumptum fuerit,  
 sum pro- h. m: Videlis, Auditores, quomodo Spiritus  
 positione. Sanctus typo, vel parabola ista, digitum velar-  
 ti intenderit in ista verba, quæ nunc vobis  
 prælecta sunt. Sic Granat. homil. i. in  
 Dominicam 19. post Trinitatis. post  
 quam simile de precedente Clementia  
 Dei, & sequente justiciâ ejusdem addu-  
 xerat, ex lege belli Deut. 20. sic connectit:  
 Quorsum hoc? Nimirum, quia hoc ipsum  
 est, quod nobis hodiè Evanglica parabola  
 designat. Ea namq; ex altera parte lar-  
 gissimam Dei nostri erga nos gratiam & ex  
 altera verò justissimam arguunt severissimam  
 adversus contemptores vindictam spectan-  
 dam proponit. Vel: Hæc verba, hoc in  
 terdictum, hoc mandatum ex eorum  
 numero est, de quibus Apostolus ad  
 Ebraeos 9, 24: ἀλιτα αἰτινη τον ιω  
 οἱ ληγινῶν. innuitur enim his verbis (1.)  
 (2.) &c: Vel: Quod Apostolus de Le-  
 gibus & statutis Veteris Testamenti di-  
 xit: Ebr. 10, 1. Σηκαρ γαρ ἔχων ὁ νομός ιω  
 μελλοντων αἰτιάθων τὸν διվαν τὸν εἰρένην  
 προαγγειλάτων, &c: Habuisse umbrum futu-  
 rorum honorum. Hoc affirmare jure me-  
 nito possumus de hoc vel illo statuto &c:  
 Vel:

Vel: non esse mel aut fermentum immiscendum sacrificiis Levit. 2. Vel: Hoc declaravit Salvator noster, Apostolus, Spiritus S. in Noyo Testamento hic vel illuc significare prohibitionem hypocriseos & erroris in culto divino obviando &c.: De quo in themate proposito.

Vel: Quod illic typo Spiritus in texuit, id pericopā hac Evangelicā evolvit. Vel; Quod Apostolus de typo montis Sinai & Hagar dicebat Gal. 4. v. 24: *Hæc verba significant aliquid, id verbis jam modò vobis prälectis competit, significatur enim hisce, &c. primo &c. secundò &c. prout partes thematis id tulerint.* Vel; Neque putandum est, Auditores, obiter, aut frusta typum hunc à Spir. S. consignatum esse, ejus enim antitypū habemus in presenti textu &c. Vel; Quomodo omne id, quod typum in V. Testam. gessit, corpus ipsum in Noyo exhibendum designavit; ita hic quoque typus membrum est illius corporis, quod hoc Evangelio, seu hoc Evangelico textu exprimitur.

2. Si textus vitium aliquod perstrinxerit, & Exordium sumptum fuerit à specie simili, vel etiam genere istius vitii, conexio fieri potest h. m: Hæc zizania, vel antiquus ille hostis, ab initio Ecclesiæ inter turpissimum.

(1) *Sic exordiū fuerit à typo sum-*

(2) *Si ex-*

*ordini fuc-*

*rit à gene-*

*re analo-*

*go sum-*

inter agri Dominici triticum sevit, i  
etiamnum quām multis locis spargit  
quod vel ex præsenti texu liquidū es  
Vel: Quod damnat, 9 ille epulo, avarus i  
le, superb⁹ ille, immitis ille & c. dicebat  
Habeo adhuc quinq; fratres, *Luc. 16.28.* Je  
nobis fatendum est, huic vitio accidere  
eiq; non illum, vel illos tantum fuisse  
obnoxios, sed fratribus esse aliquod mil  
lia &c. qui proinde corrīgendi sunt di  
vinā voce, vobis nunc prælectā &c. Vel  
si Exordium à contrariā virtute defū  
ptum est, connexio cum Propositione  
fiet h. m. Quantum decoris, quantum di  
vinæ gratiæ, quantum pœnæ huic virtu  
ti inest, tantum indignationis divinæ  
tantum dedecoris, tantundem pœna  
huic vitio inest, quod concione hac pro  
pheticā, ( sive Apostolicā ) perstringit  
audiuitis. Non absimilis connexio ei  
nā aliquā divinā sumptuā fuerit, con  
nexio cum textu h. m. fiet. Quam ve  
rō causam existimatis, Aud. quod divi  
nus ille furor tantopere in miserrimo  
homines s̄eviat: Utiq; illa est, quam Pro  
pheta designat: Malitiæ tuæ meritum  
est, quod adeò affligeris, *Jerem. 2.19.* Ve  
ntiqui

(3) Si à cō  
trario.

(4) Si à pœ  
nā divina.

utique hoc est, quod Apostolus &c. in  
 præsenti textu nobis exprobrat, scil. &c.  
 quô majori attentione & dicentem me  
 audietis, & dehortantem feceris. Vel:  
 quod Apostolus de pœna Israëlitis infli-  
 ctâ ad Christianos omnes pertinere ait,  
 i. Corinth. 10. vers. 6. id nobis etiam di-  
 cendum putemus, cum iisdem criminibus  
 etiam nos simus obnoxii. Si Genus (5.) Si à  
 Causæ, seu textus sit Paideuticus, & commen-  
 Exordium ductum fuerit à commen- datione  
 datione divinorum beneficiorum, eo. divinorum  
 rumque in pios largitatem, connexio beneficio-  
 fiet h. m. Dicetis sine dubio, A. cum rum.  
 fæmina illa, cui Salvator noster aquas  
 vitæ commendaverat, Joh. 4. 15. Domine  
 da mihi semper illas aquas, vel cum Ju-  
 dæo illo, qui de felicitate æternâ au-  
 diverat Luc. 14. 15: Beatus, qui in regno  
 Dei panem comedit &c. Agite, sequimini  
 me, modus hauriendi aquas illas vitæ,  
 Vel: via deveniendi ad cœleste illud  
 palatum, ad communionem gratiosæ  
 cœnæ &c: præscribitur nobis in hoc tex-  
 tu, hunc mecum ingredimini, attenden-  
 tes totidem, vel tot partibus &c. Vel si in  
 todem Genere Causæ, Exordium à  
 magnitudine furoris divini sumptum  
 fuerit,

(6.) Si à fuerit, connexio fieri potest h. m: Quo magnitu- ibo à Spiritu tuo &c. ex Psal. 139. v. 7. &c. dine iræ vel ex Psal. 90. v. 12. Quis autem credit Do- divine. mine, quod adeò in scaris &c. Hic, hic, A-

remedium est, quo munire nos possumus adversus illum divini furoris ignem. vel: hic, hic refugium est, sub quo lati- te, & devitare possumus tot & tantas clades. Si Genus dicendi sit Consola- torium, & Exordium desumptum fuerit

(7.) Si à multitudi- à calamitatibus Generi humano com- ne afflictio- munibus, connexio fieri potest h. m: Nun- num hu- quid ergo resina non est in Gileat, annon- manarum. Medicus ibi est? Jerem. 8. v. 22. & respon- deri: Imò verò: attendite enim quale emplastrum, quod malagma &c. fidelis animatum nostratum Medicus præscri- pserit, in hoc ipso, quē audistis, textu &c. Vel interrogatione simili; Unde igitur tanta malorum congeries? nunquid abbre- viata est manus Domini? ut eripere nos ne- queat? Num. 11. v. 23. Nunquid oblitus est Dominus misericordiæ & finita ejus miseri- cordia? Ps. 77. v. 10. & respondeatur: Mi- nimè verò, Absit, est enim Deus multæ misericordiæ, & magna miserationis &c. auscultate saltem, qualem se vobis in hoc Evangelio offerat, quam plenum hoc

Con-

Consolationis sit, quod dicit &c. Vel, si (8.) Si ab exordium sumptum fuerit ab antiquis antiquis Dei beneficiis seu exemplis similibus, bonitate. quomodo Deus olim afflictos consola- Dei. tus fuerit, conexio fieri potest h. in idem Deus est, qui ante secula fuit, eadem ei sunt consolationis ubera, quibus illos la- Etavit, ista neque nobis invidebit &c. hoc enim, quem audistis, textu, id veraci- ter promittit &c. Vel : Dicamus cum Davide ex Psal. 44.v.5. Tu Deus, ipse idem Rex meus es, qui Jacobo auxilium promittis, Vel ex Ps. 74. v. 12. At tu Deus es antiquus ille Rex meus, qui opem omnem præstas, qua- tungis terris obvenit. Enim vero, an parum vobis videtur, quod verbis prelectis Deus promittit, videlicet, se portaturum &c.

3. In Genere Didascalico certæ conne-  
ctendi formulæ dari non possunt, nisi quæ sumptæ sunt à commendatione doctri-  
næ, quam proposituri sumus, aut ab uti-  
litate, vel necessitate ejusdem, vel à ra-  
tione temporis, aut personarum, de qui-  
bus dicturi sumus. Quia enim objecta  
hujus Generis sunt, res Theologicæ o-  
mnies, quæ sub intellectum cadunt, id-  
circo exordia hujus Generis tot Gene-  
rum sunt, quos sunt res ipsæ, adeoq; for-  
mulæ

mulæ connectendi exordia hujus Generis non sunt definitæ; sed pro diversitate rei, quæ in thesi describenda est, diversæ. Si tamen Exordium deductum sit à Causa superiore: & Confirmatio ab inferiori quadam causâ, vel effectu sumenda fuerit; formula connectendi Exordium cum Propositione talis erit, qualis solet esse inter subordinatas Causas, vel inter causam & effectum proprium, ut: *Ex his initiis, ab hac origine profluxit, hoc est illud &c.* sive res, sive persona sit, de qua dicturi sumus; sic *Jer. 2, 10. Rom. 6, 21. &c.* Si exordium desumptum fuerit à contrariis, connexionem oportet fieri per adversativas particulias, ut: *Enim vero, sed enim, quam se aliter haec res habeat, doceatur præsenti textu, vel: longè aliter sonat,* quod *Spiritus S. verbis nunc prælectis expressus, ut: Verum, quid dicit Scriptura? Rom. 4, 3. Gal. 4, 30. Zeph. 3, 5.* At vero attendite mihi, inquit Dominus, ego docebo vos, quem sunt, *Ps. 34, 12. Ies. 48, 1, 17. &c.* Vel si de persona sermo sit, h. m: Non hac via sibi procedendum existimavit iste, qui dixit: *Vos autem non sic, Luc. 2, 2, 26.* Vel: *Non sic faciebat Unicus iste, Mal. 2, vers. 15.* Vel, si Exordium à simili quodam desumptum sit,

Formule  
connecten-  
di exordia  
in genere  
Didascalico &c.

fit, & textus personam describat, conexio fiet hoc modo: His vestigiis laudabiliter institit ille &c. Vel, Has majorum suorum virtutes non solum non obliterravit sed illustravit noster &c. de quo dicuntur sumus, utz Reg. 18 c. 3. l. 22. v. 2. &c.

4. Si Exordium fuerit à sententiâ quadam generali desumptum, cuius speciem Confirmatio tractatura est, conexio hæc esse poterit: Sané, quām appositi dixit? Quid enim aliud est, quod prælectis verbis Apostolus, Christus &c. docuit, quando &c. Vel: Ex hac matre genita est formosa illa filia, hæc vel illa virtus &c. quam præsentibus verbis Spiritus sanctus vobis descripsit. Vel; Amabo vos, Aud. quid poterat dici ad hunc nostrum textum convenientius, quām hoc Prophetæ? Apostoli, &c. ex quo Exordium formavimus.

5. Connectendi formule in Genere Didascalico seorsim, quando una doctrina alteri combinanda est, hæc ferè sunt: Felices nos quibus Deus hunc veritatis thesaurum patefecit, non fecit taliter omninationi, Psalm. 147. vers. ultim. Feliciores tamen qui hæc audiunt & custodiunt. Luc. 11. vers. 28. Qui sunt autem illi,

M

qui

Formule  
connexio-  
num & di-  
'gressorum  
in genere  
Didasca-  
lico.

qui custodiunt? & respondeatur: Hi sunt  
qui fructum illum ferunt, quem præ-  
sen's lectio à vobis omnibus poscit &c.  
Atq; ita descendit potest à Genere Didas-  
calico, ad Pædeuticum, declarando, illum  
fructū, qualis sit; vel ad Epanorthoticon,  
per particulas adversativas aut Correc-  
tions. m. Verum quotusquisq; est, qui bunt  
fructum inter nos ferat? Vel alio modo, ex-  
aggerando doctrinam, de quā Didascalico  
diximus: Felix Sion, Jacob, cui Deus  
vester jura sua revelavit, Beate Israel, quis  
similis tui, o popule, cuius Jebova Deus est;  
&c. Deut. 33. v. ult. Luc. 10. v. 23. Ps. 147. v. 19.  
Econtra heu nimium infelices, quibus  
Sol ille veritatis non illuxit, qui inten-  
bris ambulant, quales sunt hi vel illi  
qui huic vel illi errori obnoxii sunt; in-  
descendendo ad Genus Elencticum, Ve-  
aliter: hæc est ipsissima veritas, cui por-  
tæ inferorum non prævalebunt, cura  
mus saltem nos, ne simus ex eorum nu-  
mero qui veritatem in injusticiâ detine-  
Rom. 1. v. 18. & ne malitiam servi illius im-  
temur, qui novit voluntatem Domini  
sui, eam tamen non facit, hic certè ger-  
natas plagas patietur Luc. 12. v. 47-48. He-  
die g. quando cūq; auditis vocem Domini  
noli

polite obturare corda vestra, Ps. 95. v. 8.  
 ita descendendo ex Genere Didascalico-  
 ad Epanorthoticum. Similes transeundi  
 formulæ ex Genere Didascalico ad Elen-  
 cticum sunt; Rom. 3, 3. cap. 8. v. 9. 27. Gal.  
 5. v. 13. 1. Tim. 6. v. 4. Et vicissim transeundi  
 Genere Elencticō ad Didascalicū,  
 Rom. 3, 30. c. 7. v. 7. c. 9, 30. cap. 11. v. 1, 11. à Di-  
 dascalico ad Paideuticum, c. 6. v. 1, 15. c. 11.  
 connexione 20. cum 21. connexionē versūs  
 ultimi & versus primi cap. seq. 12. Sic cap. 8.  
 v. 12. seqq.

6. Formulæ Generis Elenctici sunt ferè Formulæ  
 hæ, si quis ex Didascalico ad Elencticum Connecten-  
 progreedi velit: Turpiter adeò errant, vel di in Ge-  
 vehemēter illuduntur, vel, videtis audi- nere Elen-  
 tores, quām, procul ab hac veritatis ja- etico.  
 nua aberrent, qui hoc vel illud persuasi-  
 sunt: nos vero mentem Christi tenemus,  
 1. Cor. 2. v. 16. Sic ascendendo à Genere E-  
 lencticō ad Didascalicū; vel sic, post-  
 quam errores perstrinximus: Verum Pseu-  
 do prophetarum hæc somnia sunt, voci-  
 ferantium, ut isti apud Jeremiam c. 23,  
 25. Somniavi; somniavi, quando tandem  
 desinent isti? Hæc vero est vox Dei vivi  
 &c. Ezech. 20, 19. progrediendo ad Dida-  
 scalicū; vel aliter: o stuporem, o er-

roris efficaciam! quid palpatis miseri?  
Jes. 42. 18. Cur non sequimini hanc veri-  
tatis lucernam, quâ ad oculos vobis de-  
monstratur, hoc vel illud &c. Jer. 6. 16.  
Provehendo in Didascalicum; vel aliter:  
Quod si quis morosius contra instet, pa-  
tiatur se instrui non humanis, sed Spiri-  
tus Sancti verbis. Vel descensus ex Elen-  
ctico in Paideuticum fieri potest h. m.:  
Hæc quidem infallibilis Dei veritas est,  
sed hîc mihi evenit dicere, quod Deo  
apud Prophetam. Quem docebo intelligentiam &c. Jes. 28. vers. 9. vel: Sed hîc cogor  
Mosis viri Dei querelam repetere; Qua-  
draginta annis audistis & vidistis, Deut. 29,  
v. 2. 3. 4, vel Jes. cap. 42. 20. &c. Perniciösus  
hîc intellectus errore est, quo miseri isti  
fascinati sunt: quantò verò pernicioſio-  
rem illam putatis voluntatis contuma-  
ciam esse, quæ hoc spiritu Dei edocet  
novit, minus tamen, quam ipsi gentiles  
facto obsequitur? Vel h. m.: Deo sit laus,  
quod nos Christiani hæc melius scimus;  
imò Deo sit laus, quod scimus, 2. Thessal.  
2, 14. sed, proh-dolor, Deus hoc emen-  
det, quod tam pauci inter nos sunt, qui,  
uti scientiâ, ita etiam vita à gentilibus  
aut hæreticis differant? Aliter: Neino  
autem

autem sese patiatur fascinari, quia hæc  
secus sese habent ( v. gr. nos non bonis  
operibus justificari ) ideò licere Genio  
prolixius indulgere, non ita est, *Roman. 5.*  
*vers. ult connexo, cum cap. 6. vers. 1.* Vel: ne-  
mo vos seducat inanibus verbis *Ephes. 5.*  
*vers. 6.* Deus enim non finit eludi *Gal. 6.*  
*vers. 7.* Nam &c. Aliter: Nemo autem  
ideò animum despondeat, quod hoc vel  
illud non possit ( v. gr. legi DEI non fa-  
tisfacere ) alio enim modo divina beni-  
gnitas nobis prospexit, statuendo pro-  
pitatorium *Rom. 3. vers. 24.* descenden-  
do ex Genere Elenchtico ad Consolato-  
rium.

7. *Formulæ Generis Paideutici* sunt; *Formulæ*  
Dico igitur & obtestor vos in Domino, generis  
ut ambuletis quomodo præscripsi vobis *Paideu-*  
*Ephes. 4. v. 17.* Vel: Quæ cùm ita sint, ob-  
testor vos in Domino, reconciliamini  
Deo, *2. Corinth. 5. vers. 20.* Aliter: Fratres,  
humano more loquar, *Gal. 3. vers. 15* *Sanc-*  
*tum Principis nemo nostrum sine capitali sup-*  
*plicio transgreditur*; cur igitur mandata  
Dei tām impunē violamus? Vel aliter:  
Rebellibus Judæis DEUS obedientiam  
filiorum Rechab in exemplum propo-  
nbat, *Jerem. 35. vers. 4. seqq.* Hos & nobis

proponamus, Audit: & nos enim Dei filii, & nobis DEUS Pater est Malach. 1. vers. 6. Altere: Legem Mosis transgressus sine misericordia juxta duorum vel trium testimoniū depositum occidebatur, quanto majorem peccātū existimabitur inturrere &c. Hebræor. 10. vers 28, 29. Vel: Tunc cogitas quod homo prophane, te, te, qui hoc facessis, judicem istum effugitum, Rom. 2. vers. 3. Et tum adjiciatur Apostrophe: Surge gladio, evigila, Zach. 13. v. 7. Vel similis dura increpatio, aut comminatio, Jer. 5. v. 22. Ezech. 21, 14, 15, 16. Et ab hac, vel simili Apostrophe fiat progressus ad Genus Epanorthoticum. Vel aliter: An non hæc Dei vox vobis sati terribilis est; nunquid super hoc non viscerem, & in gente tali non ulcisceretur anima mea? Jer. 5. v. 9, 19. Vel sic. Velle fratres, dura hæc indignationis verba, quæ mihi creditè, hujus (vel illius) vitii horrenda turpitudo (nimia frequentia) exprimit & quasi invito extorquet, ad vos nihil pertinere; sed inveniuntur (prohdolor) in populo meo iniqui &c. uti Deus per Jeremiah conquestus est cap. 5. v. 26. Vel alter per blanda verba: Ecce Auditores, quam leni jugo, quibus amoris funiculi ve-

vos Deus trahat? Of. II. v. 9. demus operam  
 &c. Vel aliter per obtestationem: Si  
 aliqua vobis salutis vestræ cura est, hoc  
 meditamini, huic insistite, nunquam iste  
 sonus ex auribus, nunquam ex animo  
 vestro elabatur. Deut. 26. vers. 18. c. 6. v. 6.  
 scqq. Vel introducatur deus ceu exspe-  
 ctans & desiderans nostram obedien-  
 tiā, saltem ut benefacere nobis possit.  
 Jes. 48. v. 18. Ps. 81. v. 14. Hos. 7. v. 13. Deut. 32.  
 v. 29. Et subjungatur obtestatio: Quæfo-  
 vos, Auditores, ne fallamus conceptam  
 illam supremi Numinis spem, ne repu-  
 diemus præfractè, destinatum nobis bo-  
 num &c. Vel denique adhibetur gene-  
 ralis quædam exhortatio ad virtutes ex  
 Psal. 2. v. 10. So lasset Euch nun weisen per  
 Apostolum hunc &c. Psal. 4. vers. 5. Eph. 4.  
 v. 22. 24. cap. 5. v. 14. Gal. 5. v. 1. Phil. 2. v. 2, 12.  
 cap. 3. v. 17. cap. 4. v. 1. &c. Vel. Si exem-  
 plum immitandum propositum est, Chry-  
 st. homil. 2. ad Antioch. in fine hac  
 connexione utitur postquam paupertar-  
 tem & castitatem Eliæ proposuisset:  
 Novi, quod justum hunc beatum predicetis,  
 Novi quod cupiatis quisque esse, sicut ille  
 est: Quid igitur, si vobis aliquid majus de-  
 monstravero, quam Elisa accepit? Helias

cum habeamus, (2). derahamus nemini, (3)  
 nec omnino juremus. Consideremus igitur,  
 curam agamus, consultemus, quomodo solva-  
 mus hoc tributum, impendamus omne stu-  
 dum, commoneamus alter alterum, ne de-  
 bitores bine exeamus, & deinde ab aliis mu-  
 tuari volentes, id quod fatuæ Virgines pa-  
 viamur &c: Si sic vita nostræ rationem  
 constituemus, hoc spondeo vobis, polliceor  
 & permitto, quod & præsentis calamitatis  
 aliqua solutio dabitur, & quod omnibus bo-  
 nis majus est, æternorum fructus bonorum.  
 Oportebat quidem omnem omnino virtutem  
 vobis commendare, sed hunc puto correclio-  
 nis modum optimum, per partes legem  
 implere, & successivè ad alias in e. Sicut  
 in agro Agricola paulatim fodiens tandem  
 ad finem pervenit &c. Chrysost. homil. 3. ad  
 pop. Ant. sub finem.

Formula  
Generis  
Epanor-  
thotici.

8. Formula Generis Epanorthotici vul-  
 go hæ sunt, per interrogationem: Nun-  
 quid hi sunt mores, qui Christianos de-  
 cent? nunquid hæc vita est Evangelio  
 digna? num hoc polliciti estis, quando  
 in Baptismate nomen vestrum Chtisto  
 dedistis? Numquid vos estis populus Dci,  
 quem tot arumnis, tot laboribus acquisivit?  
 Ezech. 36, 20. Huc advertite aures, quid

M|| s vos

melotem Discipulo suo reliquit; Christus vero adscendens carnem suam nobis reliquit. Elias quidem tunica exutus, Christus autem & corpus suum nobis reliquit, & ascendens secum sumpsit. Idem Chrysostomus in genere pœdeutico ad viii<sup>m</sup> emendationem adhortatus esset, sic concludit: Hæc igitur omnia scientes, vitam mutare & corrigere studeamus, & ante liberationem ex instanti angustia (pœna Seditionis) de pietate & virtute cogitemus. Et interea tria vobis mandata commendare volo, ut hæc mibi in hoc jejunio præstabis (1.) ut nemini detrabatis (2.) inimicum habbatis neminem (3.) & omnem prorsus ex ore juramentorum consuetudinem expellatis. Et sicut cum aurum imperatum audiverimus, abiens quisque domum & uxorem vocans & filios & servos, considerat cum illis & consultat, unde tributum istud eroget? Sic & in mandatis his spiritualibus faciamus. Domum quisque regressus, uxorem, filios & servos vocet & dicat: quale tributum spirituale bodiè impositum est? Tributum, inquam, per quod erit quædam horum malorum (pœna seditionis) solutio & liberatio; tributum conferentes non pauperiores, sed ditiiores faciens, ut (1) neminem inimicum

vos Spiritus Sanctus velit &c. pro ceden-  
do ex Genere Epanorthotico in Paideu-  
ticum. Vel per comparationem minoris  
peccati cum majore, ut v. gr. ex  
Matt. ii, v. 21. seqq. Ethnici & peccatores  
surgent in novissimo die & condemna-  
bunt vos &c. Vel: ex Jerem: 2, 10. transite  
in Insulas, & spectate, an suu uspiam populus  
tantopere contempsens Deum suum, quanto-  
pere uos me contemnitis? cap. 23. 13. Equi-  
dem in Samaritanis vidi stultiam, sed in Te-  
abominationem, &c. Ezech, 16, 51. 52. Tu so-  
vorem tuam Sodomam innocentem fecisti  
enormibus flagitiis, &c. ita Chrysost.  
homiliam contra luxum Tom. 5. Opp-  
fol. 71. sic orditur: Edamue, bibamus,  
cras enim moriemur: ita in Prophetas ha-  
multi apud Judaeos dicebant, sed haud mi-  
rum si Judaei ita dicant, quorum Deus ven-  
ter est & gloria in confusione ipsorum: Sed,  
quod post gratiam, post contemptum rerum  
presentium, & summam perfectionem dili-  
gentium, sint adhuc aliqui, licet non omnes,  
dicentes, & , ut per ipsum apparatus pater,  
sic clamantes, quanta fuerit reprobatione  
dignam? & fiat connexio h. m. resipiscite  
igitur antequam planè avertatur gratia mea  
abs te. Jer. 6. v. 8. Ferte genuinas pœniten-  
tia.

tia fructus, posita est enim securis ad radices  
 arboris; &c. Matt. 3. v. 10. &c. Vel: pudeat  
 vos gentilibus, qui de Christo nihil au-  
 dierunt, esse pejores &c. vel. per conte-  
 stationem h. m. Sunt inter vos auditores,  
 ( quod præter voluntatem meam dico )  
 quod obturent aures suas, ne percipiant  
 vocem increpationis Domini; quomodo  
 obturat coluber aures suas Psal. 58. v. 5.  
 Sunt impii, quos non pudet Idololatra-  
 rum voces emittere: Jerem. 18. v. 12. c. 44.  
 v. 16. Nolumus &c. Et tum subsequatur  
 comminatio, & quidem vehemens h. m:  
 Ideo audite Verbum Dei, audite & ex-  
 horrescite; ecce ego suscito cladem cap. eod.  
 v. 26. ut præmittatur querela, Dei de ho-  
 minum impenitentia, & subjungantur  
 minæ ut Deut. 32. v. 32, 34. Quibus verbis  
 querela Dei est; sequitur comminatio  
 v. 40. seqq. Sic Ezech. 22. v. 30, 31. Mich. 7. v. 4.  
 Vel per exprobrationem delicti, & adje-  
 ctionem poenæ ut Os. 10. v. 11 seqq. Ezech.  
 23. v. 17, 18, 22. seqq. Jerem. 2. v. 9. seqq. usq; ad  
 17. & 19. Vel per comminationem sim-  
 pliciter, & vaticinium funesti exitus, ut  
 Jer. 2. 27. 28. c. 5, ult. Jer. 17. v. 5. Ezech. 22.  
 vers. 13, 14. Vel per comparationem mali  
 futuri cum malo præterito, quod illud  
 longè

longè gravius sit futūrum quando Chrysost. homil. 12. & 13. argumentatur à terrore pœnæ Cæsaris, ad metum gehennæ Vel. à voto & comprecatione Emendationis. Sic idem Chrysost. hom. 3. ad popul. Antioch. postquam de metu pœnæ seditionis infligendæ dixerat, & causas meritorias exaggeraverat, per comparationem destructæ imaginis diuinæ, per detractationem & exactiōnem proximi: sic comminatur. Contingat igitur bodiē bona mutatio quædam per dextram Excelſi, illud certè vobis prædico & contestor, quod, et si hac præterit nubes, nos autem in eodem tempore manſerimus, multo pejorabis, quæ in præsentiarum expectantur, patiemur. Quoniam etiam nunc non tam Imperatoris iram, quam vestram segregatiem timeo. Nec enim duobus aut tribus diebus supplicasse nobis sufficit aut jejunasse, sed totius vite mutationem fieri oportet. Sic ut enim ægrotantes, nisi post morbum, aut in morbo semper ordinatè vixerint, nulla ipsis dieta per 3. aut 4. dies observata utilis est: Sic & peccantibus non prodest duarum aut trium dierum jejunium &c: Vehemens etiam Epanorthosis est, quæ fit per Pro-sopociam, tūm Diaboli exprobrantil-

tūm

tum Diaboli exprobrantis, tum hominum poenæ succumbentium. Prioris generis est: Si nullâ ratione aliâ cruentam Dei vindictam in vos provocaretis, vel hæc unica vos terrere deberet, quasi in vovissimo olim judicio Diabolus in medium prosiliet, & Christo piø Salvatori vestro has calumnias in faciem exceptet; Eugè verò quām fuerunt dicto tuo obedientes filii tui, quos tu sanguine mercari necessum ducebas, quorum causâ penuriaem, sitim, famem, flagella, alaspas sustinebas, qui sudorem sanguinem tibi exprimebant, quorum gratiâ ignominiosam crucem subibas. Scilicet beneficium in benemeritos collatum est? pudeat te, tam pretiosi sanguinis pro his inferni titionibus effusi, hæc mea mancipia, quibus nihil ego benè, sed semper ægrè feci nihil ominus mihi gratis obedierunt, & quanquam tuo conducti sanguine, te tamen despecto, mēsecuti sunt &c. adjecta Apostrophe ad populum. Quis vestrum est, infelicissimi peccatores, qui suâ de causâ, dilectissimo illi Salvatori, tremendæ isti majestati, tantas injurias à turpisimo illo spiritu inferri pariatur, & non contremiscat

miserat inenarrabiles illas poenas, quæ  
occasione, tantis in Deum calumniis  
datae, severus ille vindex infliget? Si re-  
cordamini uspiam clavorum, quibus si-  
delissimus ille Salvator, vestri causâ se-  
affigi passus est, si cruenta illa lancea, si  
lacrymæ, si suspiria, si ultimus Salvato-  
ris halitus cujusquam apud vos pretii est,  
desistite ( per Deum obsecro ) desistite ab  
hoc tantâ turpitudine, quâ Diabolum  
stimulatis, ut tot & tam nefandas calu-  
mnias in faciem vestri Salvatoris ex-  
spuat. Alterius Generis est: Videor mi-  
hi in extremâ vitæ nostræ horâ, in tre-  
mendo illo suppicio, has ex vobis vo-  
ces jam audire: O montes tegite nos &c.  
*Oſ. 10. v. 8. Luc. 23. v. 30. Apoc. 6. v. 16* Videm-  
ni mihi præ inexhaustis gehennæ sup-  
pliciis, vobis ipsis manus inferre, velle,  
ut tormentorum finem faciatis, sed non  
posse beneficio hoc frui, hoc vobis præ-  
mii erit pro tantillo voluptatis, quam  
ex desideriis carnis vestræ cepistis, hoc  
præmium vestrum, quod despexit fidelis  
Salvatoris vocibus, juratum vobis ho-  
stem secuti estis &c. Vos vero qui ince-  
ditis in viis Domini, & qui fulsum pro  
vobis sanguinem recognoscitis, vobis  
gloria

gloria sine fine, vobis gaudium sine ma-  
tore, vobis delitiæ sine paupertate &c.  
in cœlis paratæ sunt, ex Augustini soli-  
loquiis cap. 3. descendendo h. m. ex Ge-  
nere Epanorthotico ad Consolatorium:  
Vel si ad Paideuticum progredi velis,  
formulæ sunt: Rom. 2. v. 4 Gal. 5. v. 7. cap. 6.  
v. 7, & similes apud Lud. Granat lib. 3. c. 12.

Circa quas hoc advertendum, ne ejus. *Cautela in*  
modi vehementes Apostrophæ aut Pro- *genere E-*  
sopopœjæ in re levi promiscuè usur- *panorthot-*  
pentur, sed tūm solummodo, quando ri- *tico.*

gor extremi judicii describendus est,  
aut ingens quoddam crimen perstrin-  
gendum, alioquin vehementia corre-  
ctionum divinarum, nimis frequenti u-  
surpatione, prostituetur. Ad Genus  
Epanorthoticum pertinet etiam ejusdem  
Dehortationis frequens, sed per tempo-  
rum intervalla, repetitio, quomodo  
Chrysost: contra malam consuetudi-  
nem jurandi continuis aliquod Concio-  
nibus sub finem, populum Antioche-  
num instruxit Homil. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.  
13. 14. 15. 16. 17. 19. Eadem ratio est de ge-  
nere Consolatorio. Nam iisdem sermo-  
nibus semper in Exordiis consolatur  
populum ob vindictam Imperatoris exer-  
citam in Rebelles.

Sic

Sic Serm. 32.33.34. seqq. frequenter se excusat, quod toties invehatur inimicisericordes, sed semper denuòredit ad idem propositum.

Serm. 32. Hæc continuè quidem dico: Sed nec desinam dicere, non tam pauperum curam gerens, quam animarum Vestrarum: Illis enim tametsi non à vobis, aliunde erit quædam consolatio &c: à gehenna vero vos nemo eruet &c:

Serm. 33. Jam ipse confundor toties differens de Elemosynis non quod toties de re Sancta & honesta verba fecerim, sed quod apud Vos nihil dignum admonitione effecerim &c: Nam factum quidem aliquid in melius, sed non tantum, quantum volebam.

9. Formulæ Generis Consolatorii sunt dicta illa omnia, quæ clementiam Dei, fidelitatem, auxilium in adversis &c. commendant, ut vulgata illa Jer. 31. vers. 18, 19, 20. Os. 11. v. 8. Es. 49. v. 14. 15. Matth. 12. v. 28. Psal. 103. v. 8. Rom. 5. v. 20. cap. 8. v. 34. Psal. 118. vers. 6. Jes. 43. v. 1. seqq. Formulæ traueseundi ex Genere Epanorthotico in Consolatorium sunt: Jer. 3. v. 13. c. 15. v. 10. 11. 12. Jes. c. 49. 7. c. 54. v. 7, 8, cap. 34. v. 34. cap. 40. v. 11. cap. 44. v. 1. Transitio ex hoc Gene-

*Formulæ  
generis  
Consolato-  
torii.*

Genere in Epanorthoticum talis: Hic est  
 Baculus ille lenis , quo Deus oves suas  
 pascit *Zach ii. vers. 7* Vel: hæc sunt ubera  
 consolationum, quibus divina benigni-  
 tas fideles suas lactat, *Jes. 64. v. 9. c. 66. v. 5,*  
*v. 13.* Vel: hæc est Consolatio Israel, &  
 præsidium ejus, *Jer. 14, v. 8.* vel hoc est ju-  
 tuadum illud nomen, quod solis fidel-  
 bus se insitum Deus promisit *Apoc. 3.*  
*v. 12.* Vos verò immorigeri, vos manet ha-  
 culus ille væ , vos confusio, vos pœna  
 manet, qui moritur, moriatur, qui perit,  
 pereat d. I *Zach* & *Jerem. 16. v. 6.* vel sic:  
 hic non possum Audit: quin vos admo-  
 neam ejus, quod est *Mich 2. v. 7.* Verum  
 est, Sunt verba blanda piis, sed Vos &c. &c.  
 accommodando hoc modo, omnino ve-  
 rum est &c. Sed inter vos nemo est, qui  
 se his Dei blanditiis accommoderet, &c.  
 Igitur pœna &c. Vel aliter: Domini vox  
 est: beatos fore lugentes *Matt. 5. vers. 4.*  
 Væ autem vobis ô divites, ô fortunati  
 &c. quia bonum in his terris accepistis,  
 ejulate &c. ex *Jac. 5. v. 1* Vel, si transire  
 velis ex Consolatorio ad Pædeuticum,  
 sicut h. m: Neminem vestrum, Auditores,  
 hæc paterna Dei clementia ad securita-  
 tem seducat, quam enim clemens, tam  
 & se-

& severus est, ideo metuite &c. ex *Sir.* 16.  
*vers.* 12. *cap.* 35. *v.* 15. Cujusmodi formulas,  
 quanquam planè vulgares convasarunt,  
*Bucanus Ecclesiasticis* *pag.* 31. *Alsted. in Oratione*  
*perf.* *pag.* 136. *Theol. Proph.* *p.* 85. Qualis autem  
 ratio est connectendi unum dicendi genitivum  
 cum alio; Talis etiam ratio est di-  
 grediendi ab uno genere ad aliud in quo  
 artificio præ cæteris homiliariis excellit.  
*Chrysostomus*, ex cuius scriptis mil-  
 le exempla licebit colligere. Vide  
 etiam *Carolum Regium de Modo & uti-*  
*litate Digressionum lib. VIII. aut cap. 8.*  
*pag.* 349. & lib. IX. cap. 40.

## CAPUT XI.

*De*

## Pathologia.

*De Patho-*  
*logia.*

i. Hactenus de forma Externâ Tech-  
 nologicâ, sequitur forma externa Patho-  
 logica, contradistincta Technologicæ,  
 non quod iners sit, seu quod præcipuum  
 objectum in movendis affectibus collu-  
 cet. Est enim *Pathologia* venustior Con-  
 cionis pars, seu movendorum affectu-  
 um, tam in concionatore, quam auditio-  
 re artificium.

2. Ea

2. Eaꝝ triplex, Realis, Verbalis & Moralis.  
Ejus divisione.

3. Realis est, quæ sumuntur ex cōvenientiā tibus argumentorum locis, quæ apta sunt ad ciendos affectus in quolibet dīcendi Genere, qualia prolixè insectati sunt profani Rhetorici, ex Arist. l. 2. Rhet. 2. & seqq. Granat. lib. 2. de nat. conc. cap. II. & lib. 3. c. 10. Nos summa capita delibabimus.

4. Argumenta ad Amorem inducentia, Argumenta sumuntur à convenientiā naturæ, quæ si ta ad amorem deprehendatur voluptatibus indulgere, inducentia, argumenta ciendis affectibus apta, sumenda erunt à voluptate, quæ nascitur quæcirca thematis objecti tractationem. Si comperietur, ambitioni indulgentior esse, argumenta ad amorem inducentia, desumenda erunt à sublimitate Objeci, & ejus præstantiâ, Si auditor avaritiæ deditos sit, argumentum ad amorem rei inducens, commodius sumetur ab ejus utilitate, atq; ita deinceps, in quocunq; affectu auditorem juxta excessum labore putaverimus, ab eo excessu argumenta persuasionis desumenda erunt, habitâ Auditorum diversitate. Ingenuo vero sumuntur argumenta ad amorem

inducentia 1. à convenientiâ naturæ humanae, cum hoc objecto ad cuius amorem auditorem inducturi sumus: quæ convenientia persuadetur, si exaggeremus, quam generosa res Sympathia sit, quomodo DEUS, quomodo Angelii, quomodo præcipui inter homines soileant, condescendere nostris affectibus, adeoq; æquum esse, ut & nos hujus vel illius affectibus condescendamus. 2. Amor persuadetur ab accepti beneficii in memoriam revocatione. 3. à modestiâ potentis. 4. à jucunditate ejus amoris, 5. ab integrâ potentis famâ, quod omnes passim ei faveant: 6. ab ejus pulchritudine. 7. à benevolentia eius erga nos 8. à veracitate ejus in dicendo, seu promittendo. 9. à fidelitate ipsius, in tacendis secretis. 10. à facilitate gratificandi eis. 11. ab odio adversarii, ejusq; odii, ad benevolentiam ejus qui diligendus a nobis est comparatione. 12. ab utilitate, si amemus. 13. à gloriâ sive famâ, quam acquisituri simus. 14. a DEI & Angelorum gaudio, si amemus &c. Sic ad DEI in primis amorem ducentia sunt. 1. Dei bonitas, quæ requirit amari. 2. amor erga nos. 3. ejus lenitas. 4. pulchritudo, quam

quam nemo potest odire; quæ compara-  
ri potest à dissimilibus minoribus. 5. ejus  
cognatio nobiscum, quod Pater, quod  
Dominus, quod Sponsus noster sit. 6. Be-  
neficentia, quæ suo jore id postulet, ut  
Deum redamemus. Exemplum ex Grana-  
tensi addemus lib. 3, derat. concion. c. II.

*Amorem, inquit, in Deum excitant, immen-* Inducen-  
*ta ejus bonitas, Charitas, mansuetudo, tia ada-*  
*pulchritudo, cognatio & beneficentia,* morem  
*Bonitas, enim (ut ab hac incipiamus) huma-* Deisunt-  
*ne voluntatis objectum à Philosopho esse di-*  
*citur. Deus autem non modo bonus, sed im-*  
*mensa etiam bonitas, summumq; & univer-*  
*sale bonum est, quod omnem complectitur*  
*bonitatem: quemadmodum ipse ad Mosem*  
*ait: Ego offendam tibi omne bonum, (Exod.*  
*33, 19.) Deniq; adiù bonus est, ut ejus compa-*  
*ratione nihil bonum esse dicatur: quemad-*  
*modum Salvator ait: Nemo bonus nisi solus*  
*Deus, (Matth. 19, 17.) Amor etiam nostri,* 2. Amor.  
*quem secundo loco posuimus, ad mutuam*  
*amur vicem reddendam incitat. At ita nos*  
*Dominus dilexit, ut dicat: Majorem bac di-*  
*lectionem nemo habet quam ut animā suam*  
*ponat quis pro amicis suis, ) Joh. 15, 13.*  
*Et sic Deus dilexit mundum, ut filium*  
*suum unigenitum daret, (Johan. 3, 16.)*

Et, in charitate perpetuâ dilexit te, ideo attraxi te miserans, (Jer. 31.3.) Haec autem divina caritas sic nos ad redamandum impellit ut Salvator dicit: Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur, (Luc. 12, 49.) Lenitas quoque & mansuetudo Dei.

**3. Lenitas** amorem conciliant. At virtutem hanc ita sibi Salvator sumpsit, ut dicat; Discite a me, quia misericordia sum, & humilis corde, (Matth. 11, 29.) Et Apostolus, ceteris Domini virtutibus prætermisso, fideles obsecrat per mansuetudinem Christi, (2. Cor. 10, 1.) **4. Pulchritudo** quoque ad se amandam vehementer allicit que Græcè calon (à vocando) dicitur: quod omnia voce ad se, & amoris vi ac potestate trahat. At Deus est, cuius immensam pulchritudinem Sol & Luna ministrant, qui de se ipso ait: Ps. 50, 11. Pulchritudo agricola cum est. Nec agri solum, sed omnium etiam caelestium atque terrestrium rerum pulchritudinem in se uno continet: à quo etiam pulchritudo omnis in omnia, que pulchra sunt, derivator: cum nemo dare possit, quod non habet. Quisquis autem pulchri hujus naturam & conditionem plenius cognoscere cupit, Platonem legat in convivio, in quo索引. craes fæminam quandam de summi hujus pulchri natura mirabiliter differentem inducit.

tit. Sequitur deinde cognatio, quam cum s. Cognatio DEO habeamus, cuius & genus sumus, quem-  
admodum Paulus Poëtae gentilis testimonio cum  
doget. Hac autem magnum etiam amo-  
ris incitamentum est. Cum enim sanguinis &  
generis communio inter cognatos sit, con-  
sequens est; ut qui seipsum diligit, eius-  
dem generis & sanguinis consortes diligat.  
Inter cognationes autem, parentum & fi-  
liorum magna cognatio est. At de Do-  
mino DEO nostro prophetæ dicit: Nonne  
ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit,  
& creavit te? (Deut. 32, 6.) Nec enim cor-  
poris solum formator, sed animæ etiam  
creator est, ideoq; ipse est, a quo omnis pa-  
ternitas in cælo & in terrâ nominatur,  
(Ephes. 3, 15.) cuius comparatione, sicut ne-  
mo bonus, ita nemo pater super terram ap-  
pellandus est, (Matth. 23, 9.) Unde meritò  
prophetæ dicit: Pater meus & mater mea  
dereliquerunt me, Dominus autem assumfir,  
(Psal. 27, 10.) Et Esaias? Et nunc Domi-  
ne, pater noster es tu: & Abram nesci-  
vit nos, & Israel ignoravit nos, (Esa. 63.  
15, 16.) Quanto ergo magis Pater diligens  
dus est? Sed est aliud cognationis no-  
men multo arctius atq; conjunctius, quodq;  
majorem amoris flammam excitat: nempe

viri & uxoris, propter quam relinquet hominem patrem & matrem: Hoc autem plenissimum amoris nomen sibi Christus Dominus in Cantorum libro ( in primis cap. 2. v. 10. 11. seqq. cap. 4. 7. 8. seqq. cap. 8. 6. 7. ) vendicavit: ut flagrantissimum suum erga nostram amorem, nostrumque, hoc est, sanctorum animarum erga illum, insinuaret. Idemque fidelem animam fide & charitate inflammatam sibi despontat. Utrumque autem nomen & patris & sponsi per prophetam complexus est, cum aut: Ergo amo te voca me, Pater meus, & dux virginitatis mee ( Jerem. 3, 4) Quo ergo amore talis sponsus a nobis diligendus est? Superest Beneficencia, que omnia Domini beneficia sive corporis, sive animae, sive naturae, sive gratiae, sive communia, sive privata compleretur; atque inter haec omnia summa est maximum redencionis nostre beneficium. Que autem oratio horum beneficiorum, multitudinem & magnitudinem, vel explicare, vel etiam numerare videntur? Facilius enim stellarum multitudine, quam divina beneficia numerari poterunt. Quot ergo sunt Domini beneficia, tot corda noscere igniuli admoventur, qui amoris ignem erga illum incendant. Denique ( ut uno verbo

verbo omnia complectar) omnes amandi rationes, quæ in rebus conditis inveniuntur, cum infinitæ accessione in summo bono auctæ reperiuntur: Quò sit, ut solus infinitus amor, qui in divino pectorc aßuat, huic infinitæ bonitati plenè satisfat: cæteri verò amatores, vel ipsarum quoque beatarum mentium, infinitis partibus minores sunt, quam quos infinita illa, bonitas & pulchritudo meretur. Ex his ergo fontibus nationes & incitamenta charitatis oriuntur, quibus algentia hominum, pectora ad DEI morem incendimus. Hæc Granatenfis. Ex his & similibus ad amorem Dei, ejusque obedientiam ducentibus argumentis, concionator deinceps porismata, seu directas exhortationes deducit: Huic serviendum, huic obediendum esse, hac enim in re amorem nostrum præcipue consistere &c. ut exaggeratà primùm DEI dilectione, quam sensimus in creatione ex nihilo, Christi merito, Spiritus Sancti gratiā conservatione in periculo, beneficentiā in præcavendo peccato, misericordiā in liberatione ex peccato commisso, bonitate in continuatione &

perseverantiâ gratiæ &c. concionator  
 deinceps in hæc ferè verba prorutopat:  
 Hæc igitur DEI benignitas annon amo-  
 ris incendium nobis concitabit, hæc  
 flamma, annon animos nostros ardore  
 divino inflammabit? hoc salutis præsi-  
 dium, annon omnia vitæ peticula com-  
 pellet adire? hæc divini sanguinis pro-  
 fusio, annon charitatem mutuam usque  
 ad sanguinis profusionem promerita  
 est? Quantâ putatis amoris vehementiâ  
 B. Apostolum artisse, de qua ait; *Chari-  
 tas Christi urget nos. 2. Cor. 5. v. 18.* quantam  
 putatis vim illam fuisse, quæ non modò  
 excitâsse, non suâsse, sed impulisse pi-  
 um illud pectus, sed ursisse dicitur? Quis  
 enim mentis tam ferreæ, cujus intensa-  
 ta præcordia hæc tanta divinæ dilectio-  
 nis vis nō emolliat, si nec tribulatio, nec  
 angustia, nec fames, nec turpitudo no-  
 stra, unigenitum Dei filium à nostri amo-  
 re repulit; quæ tribulatio, quæ angustia  
 &c. ab illius amore nos reprimet? Cer-  
 tus equidem sum, nec tribulationem,  
 nec angustiam, &c. quæ sequuntur.  
*Rom. 8. vers. 38.* nos separaturos esse à  
 charitate Dei,

S. Argilla

5. Argumenta ad alicujus rei odium inducentia sunt: 1. Objecti contemptibilitas, 2. incommoda amoris 3. contumelia nobis illata, eaq; exaggerata ab indignitate contumeliosi, id est, ab ejus perfidiâ, à levitate, & reliquis vitiis, quæ per se homini exosa sunt. 5. à subjecti arrogantiâ, quod, si ametur, nobis imperare velit. Sic ad odium peccati inducentia sunt, 1. peccati contemptibilitas & naturalis turpitudo. 2. Sam. 13. 11, 12. Ezech. 16. 4 seq. 2. Diaboli invidia, invidentis nobis nostram felicitatem; 2. Par. 22. 1. seq. Zach. 3, 1. 3. Ejusdem dolus & astutia, quod laboret in nostram perditionem, 2. Cor 11. 3. 1. Pet. 5. 8. 4. Ejus crudelitas, & insatiabilis tyrannis in peccatores, Apoc. 12, 13. Sap. 18, 17. 5. Ejus exprobatio seu maledicentia, quando obsecuti fuerimus, ut 2. Sam. 11, 2. Jud. 16, 18, 25. 6. favoris divini amissio 1. Sam. 18, 10. Sap. 1, 4. 7. vindictæ divinæ gravitas, Ezech. 22. 14. Sir. 16, 20. 8. angelorum contristatio, Mattb. 18, 3. Apoc. 19, 10. 9. piorum odia, Ps. 16. 5. Ps. 139, 21 Syr. 20, 17. 10. Inferiorum & infirmiorum scandalum, Sap. 14, 26. Matt. 18. 6. Ezech. 36. 20. 11. humilium, quos nos contemnimus, & quibus in ju-

Argumen-  
ta ad odio  
um indu-  
centia.

injurias inferimus ad beatam salutem  
evectione, & futura de nobis triumpha-  
tio, *Luc. 16, 25. Psal. 37, 38, 39. seqq.* pœ-  
narum inferni & acerbitas, & perpetui-  
tas *Apoc. 20, 10. cap. 21. 8. cap. 19, 3. Marc. 9.*  
*44. &c.* quæ argumenta conjunguntur  
in libro Sapient. cap. 2. & 4. Exempli  
causâ: argumenta ad detestationem seu  
odium avaritiae persuadendum *apud Cy-*  
*prian. in Evangelium. Matib. 6.* (respici-  
te volatilia cæli, non serunt &c.) hæc  
sunt: *Volucres DEUS pascit, & passeri-*  
*bus alimenta prospicit, quibus nulla ratio,*  
*nullus divinae rei sensus inest, iis nec potus,*  
*nec cibus, nec uestitus deest; Tu Christiano,*  
*tu DEI servo, tu operibus bonis dedito, tu*  
*Domino suo charo aliquid putas defu-*  
*rum? an existimas, qui Christum pascit,*  
*pascua defutura, ei cui celestia & divina*  
*tribuuntur, terrena defutura, ei, quem DEI*  
*sanguis redemit, terram & pulvorem non*  
*sufficiuros? Unde hac incredula cogitatio,*  
*unde impia & sacrilega ista meditatio, quid*  
*facis in domo fidei per fidum peccus? qui Chri-*  
*sto affeverandi non credis, nunquid Christianus*  
*appellantus es? Obstupecite cæli su-*  
*per hoc: ex Jerem. 2. vers. 12. ita si odium*  
*mundanaru voluntatum auditoribus per-*  
*sua-*

suasum esse cupias, argumentis initio  
 positis uti conveniet; I. à contemptibili-  
 tate earum, quod sp̄lā hominum l̄etissi-  
 morum, & qui nullam virtutis speciem  
 in seederint, opinione, præclarum  
 sit, deliciis affluere; cibis delicatis ve-  
 sci, molli veste indui, pedissequorum  
 turbâ claudi &c. Deinde, pleraque eo-  
 rum bestias & bruta nobiscum commu-  
 nia habere, quæ etiam sensu volupta-  
 tum carnalium homines aliquando su-  
 perent, 2. Petr. 2. 12. Job. 40. 11, 15, 16. 17, 18.  
 Denique, stulti & imbecillis animi es-  
 se, eas sectari voluptates, quæ, quan-  
 tum ad delectationem, frigidè afficiant  
 mancipium suum, quantum ad perse-  
 verantium verò, bullâ fugaciores sine.  
 Ideò enim rideri a nobis pueros, quòd  
 pupas & crepundia sua tam impensè  
 ament, in quibus reverà nihil est, quod  
 homines delectet, & quæ ipsi, paulò  
 adultiores facti, ad incendia damnant.  
 Rationem verò ipsam, & prudentio-  
 rum exempla hoc velle, eas volupta-  
 tes ut sectemur, quæ & intensione ve-  
 hementiores, & extensione diuturnio-  
 res sint, quales in hoc mundo nullas li-  
 ceat reperire. Cùm nemo, nisi in fru-  
 nitè

Ad odium  
 seculariū  
 voluptatiū  
 excitandū.

Earum  
 contemni-  
 bilitas.

Earum nité mendax, afferere audeat, se unquam  
 in commo- voluptate quadam fuisse affectum, quam  
 da. non dolor aliquis aut comitatus aut in-  
 secutus fuerit Sic Ps. 37. 1, 2. 35. 36. Ps. 58. 10.  
 Ies. 29. 8, 9. Heb. 11. 25. &c. II Ab Earum-  
 dem incommodis, quia possessorem fa-  
 ciunt inquietum, Sir. 23. 22. infelici-  
 2. Pet. 2. 10. 12. Dei hostem, Luc. 8. 14. quia  
 difficulter acquiruntur, exemplo Sam-  
 sonis, Jud. 14. & 15. timidè possidentur,  
 exemplo Ammonis, 2. Sam. 13. 215 Sir. 18.  
 3. Num 11. 4. 34. & facile amittuntur,  
 Prov. 21, 17. exemplum Luc. 12. 16, 20. Psal.  
 90. 10. 1. Job. 2, 17. &c. Tùm quia æterna-  
 rum pœnarum acerbitas, & longitudo,  
 cum momentaneà istâ delectatione ne-  
 queunt comparari, Sir. 18. 8. Prov. 14. 12.  
 13. Jacob. 5. à v. 1. ad 7. &c. II i. à contu-  
 meliâ nobis illata. Quis universo huma-  
 no generi morbos, bella, paupertatem,  
 pericula, mortem, infernum denique  
 ipsum intulit, & deceptis insuper irritis?  
 Voluptas Gen. 3, 6. & 16. Quis tot animi  
 angustias, tot laborum molestias, tam  
 duram victus & amictus rationem, tan-  
 tam sterilitatem, tantam rerum omnium  
 penuriam, & quicquid homini exosum  
 aut molestum est, orbi terrarum in-  
 inve-

invexit? Voluptas: *Genes. 3.18.19.* Quis patrem tuum, quis uxorem, quis filium, quis fidelissimum amicum, quis avos atque proavos omnes, quis sanctissimos Prophetas, à quibus institutionem, quis fortissimos heroas, à quibus defensionem &c. exspectare poteramus, perfidè interemit, & peremptos turpiter subsannavit, ac si suo beneficio ad *Tyrrannis* beatam æternitatem perducti essent? Vo-  
luptas *Genes. 3, 6, 19.* &c. Latroni nun-  
quam credis, servo aliquoties mentito  
Porro non fidis; Cur Voluptati, cur la-  
tronii omnium crudelissimo, servo o-  
mniū mendacissimo te totum credis &c.  
IV. *Ab arrogantiā in subditos,* solet Volu-  
ptas non regi ab hominibus, sed regere  
& dementare, *Jer. 2, 23, 24.* Exemplo ejus  
tyranni, de quo *1. Sam. 11.* *2. Nebucad-*  
*nezaris, Daniel. 4.12.* Samsonis, Absolo-  
nis, Herodis, & aliorum.

6. *Argumenta ad Metum inducentia*  
sunt 1. malum impendens, idq̄ subita-  
neum, quo argumento Christus & Apo-  
stoli ad metū novissimi judicij inducen-  
dum, frequenter utuntur, *Mattb. 24. 50.*  
*Luc. 21, 24.* 2. *Pet. 3. 10.* 1. *Thef. 5, 22.* Offensi-  
numinis divini sublimitas, *Luc. 23. 40.*

3. *Ejus*

Argumen-  
ta ad me-  
tum indu-  
centia.

3. Ejus sanctitas, quæ non patitur peccatum inultum, *Jos. 24. 19. 4.* Potentia ad vindicandum. 5. Severitas in vindicta. 6. Peccati semel commissi irrevocabilitas, *Thren. 5, 16. Jac. 1. 15. Sir. 21, 3. 7.* Scandalum inde ortum, & ejus reatus. 8. Vitæ nostræ incertitudo. 9. Incertitudo conversionis, & judiciorum Dei inexplorabilis abysmus. *Jerem. 15, 5. Nahum 3, 17. Jer. 8, 14. 20.*  
 10. Impenitentium perpetui & inauditi cruciatus, ut per Apostrophen: Hunc hunc adverte animum peccator, nunquid hanc tuam impunitatem putas fore perpetuam? subito, violenter, & ex improvviso ruina te opprimet, ut, cum profundam pacem superesse putaveris, perditio quasi fur te apprehendat, *2. Pet. 3. v. 10. Mattb. 24. 44.* Quem enim putas esse illum Dominum, cuius tu mandata pedibus conculcasti, annon est ille Dominus, quem tremunt Angeli & potestates, *Coloſſ. 1. v. 9.* Cujus recordatione contremiscunt Diaboli; *Jac. 2. v. 9.* Cujus intuitu commoventur montes, & concutuntur fundamenta terræ? *Pſ. 18. v. 8, 9.* Qui vel uno ictu & corpus & animam tuam in abyssum gehennæ poteſt proſternere? *Matt. 10. v. 28. Pſ. 83. v. 15, 16. Mich. 1. v. 4. 5.*  
*Cujus*

Cujus sagittæ madebunt tuo sanguine,  
 cujus gladius carnem tuam devorabit?  
*Deut. 32. v. 42, 43. Psal. 7. v. 13. Ezech. 21. v. 9,*  
*10, 11. Annon te futura Carnificis crude-*  
*litas? Job. 30. v. 21. non Diabolorum stu-*  
*dia ad discerendum te, i. Pet. 5. v. 8. non*  
*clamores pilosorum ad invicem vocife-*  
*rantium: discerpe, lacera, crucia, Jes. 34.*  
*v. 14. seqq. non flamma ista insatiabilis,*  
*Psal. 49. v. 15. Jes 33. v. 14. c. 47, 14. Ezech. 20.*  
*v. 47. Mal 4. v. 1. Prov. 27. v. 20. (Cujus simi-*  
*litudo erat, Danielis 3. v. 21. & in Oratione*  
*trium juvenum in fornace, v. 46, 47.)*  
*non infinita illa cruciatum æternitas,*  
*Jes. 66. vers. 24. Eccl. terrent? nunquid*  
*pianum animarum gemitus, & vindi-*  
*cæ divinæ implorationes putatis fore*  
*frustraneas? Apoc. 6. vers. 10, 11. nunquid*  
*poenam illam vos toleraturos putatis,*  
*cum qua suffocatio in medio mari ne*  
*comparari quidem potest? Matth. 18.*  
*v. 6, 7. & seqq. Nunquid Deum petitis*  
*vestris putatis tunc fore exorabilem?*  
*Non utique, Jerem. [15. vers. 1. Luc. 16. v. 29.*  
*30. seqq. Addatur Exclamatio: ò diram*  
*æternitatem! & rursus Abostrophe:*  
*cogitate dies illos &c. quando clama-*

O

bitis

bitis &c. ex Apoc 6. v. 12. usq; ad fin. quando exorabitis mortem, ut vos trucidet & non poteritis mori, Apoc. 9. v. 6. cap. 20. v 10, cap. 21. v: 8, 9. &c. Subjungatur rursus Epiphonema, quod querelam de impoenitentiâ vel magnitudine poenarum cōtineat, Mich 1. v. 8, 9. Jer 15. v. 5, 6 Vel etiam obtestatio ad resipiscendum, ex Jerem. 31. 12, 22. Augustin. Orat. contr. Judeos: Redi, repudiata redi, confusa redi, serpentinis fraudibus violata redi, non dignitate cœlesti composita, sed humanis assertionibus circumventa redi, &c.

*Argumen-* 7. *Argumenta ad Compassionem seu Com-*  
*ta compas-* *miserationem inducentia sunt, i. Confessio*  
*sionem in-* *peccatoris, seu rei Dan. 9. Jer. 14. 2. timor*  
*ducentia:* *seu verecundia ejus, oratio Matassæ, pu-*  
*Vid. Regi-* *blicanus Luc. 18. 3. subjectio, ut Haman*  
*um lib. 7.* *& Achab i. Reg. 22. 4. pudor seu ciube-*  
*6. 10. & 13.* *scientia, Mirjam Num. 12. 5. exaggeratio*  
*miseriae, & descriptio ejus, à partibus an-*  
*tecedentibus, concomitantibus, conse-*  
*quentibus, quæ designari possunt per*  
*hypotyposin quandam, seu præfigura-*  
*tionem hominis miseri, ac si oculis eum*  
*coram cōtemplaremur, quomodo Ps. 22.*  
*& Es. 53. passio Domini repræsentatur.*

EUD.

Ench sage ich alleint Thess.4. sic Ies.1.6. Ef-  
 ficacissimum autem ad compassionem  
 argumentum est, si hominis miseri for-  
 tem ad præfentes accomodemus h. m.  
 Si eos infortunium hoc oppressisset,  
 quam illi aliorum condolentiam, quam  
 consolationem, quæ auxilia expetitur  
 essent? Æquum g. esse, ut ipsi eandem hu-  
 manitatem misero declarerent; atque hæc  
 argumenta adhiberi possunt ad quam-  
 cumvis miseriam, ut ad luctum super  
 mortuo, commiserationem in paupertate,  
 exilio aut quocunque damno. Ita Do-  
 minus servus nequam Matth. 18. damna-  
 tur. 7. à cognatione nobiscum, ut Ebr 2.  
 Pueri participant &c: Jer.14. 7 8 9, Ptol.  
 78. 89. Granatensis lib.3. cap. II. ex Aristote-  
 le hæc commiserationis argumenta re-  
 fert, ut *primum* ducatur à magnitudine  
 miseriae, 2. à diuturnitate ejus. 3. à specie-  
 bus oppositis, earumque excellentiâ, (ut  
 si in funere viri alicujus egregii, audito-  
 res ad commiserationē excitare volueri-  
 mus, exaggerabit luctum mortui, 1. genus  
 illustre, 2. bona spes à primâ statim iuvé-  
 tute. 3 facta egregia. 4. utilitas patriæ.  
 mors repentina, in primâ statim ju-

ventute. 3. facta egregia. 4. utilitas pa-  
triæ. 5. mors repentina, in primâ statim  
juventute. 6. relatio orphanorum. 7. ca-  
rentia melioris consilii, hoc defuncto,  
hæc enim omnia afflictionis indignita-  
tem exaggerant, quando subjecti, quod  
affligitur, dignitas à contrariis bonis ex-  
aggeratur. 4. Ex Protopopæja, seu in-  
troductione personæ afflictæ, quæ misera-  
tiā suā exaggeret. 5. A descriptione  
inopini casūs, qui nihil minus cogitan-  
tem opprēserit, ut Tyri & Babylonis de-  
scriptio. Ezech. 32. Apoc. 18. 6. Per accom-  
modationem ad Auditorem, si ipsum si-  
milis casus opperitetur. 7. A destitutio-  
ne consilii & opis, quando miser hic af-  
flictus est, cujusmodi argumentum est,  
Jer. 3, 23. Thes. 4, 20. Amos 7, 2. 58. Ab hy-  
perbole, quod res etiam inanimatæ, cæ-  
lum, terra, ipsi parietes videantur com-  
miserationis affectu & luctu induci. S.  
quomodo Augustinus dixit: etiam cam-  
panas in luctu dilectorum miserabilius  
sonare. 9. A petitione directâ ad com-  
miserandum, ut Job. 19: Miseremini  
mei, Amici mei, Miseremini mei, quo-  
niam manus Altissimi tetigit me. 10. Ab  
equi-

æquitate commiserationis. 11. A. promissione reddendi ejusdem affectus &c. Contra passioni opponitur Nemesis ad iracundiam excitans de qua Regius 7. 10.

8. Argumenta ad pudorem seu erubescen-  
tiam inducentia sunt. turpitudo rei per-  
se, ut Jer. 2. 11. obstupescite cœli super hoc, &  
portæ ejus, & desolamini vehementer, dicit  
Dominus, cap. 18. 13. 14. 15. Ideò hæc dicit  
Dominus : interrogate gentes, quis audivit  
talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel?  
Nunquid deficiet de petrâ agri nix Libani;  
aut ewelli possunt aquæ erumpentes frigide  
& desfluentes? Quia oblitus est mei populus  
meus, frustra libantes & impingentes in viis  
suis & in semitis seculi, ut ambularent per eas  
in itinere hoc trito cap. 30. 12. Insanabilis fra-  
tura tua pessima plaga tua Mal. 2. 11. Trans-  
gressus est Juda, & abominatio facta est in  
Israel & in Jerusalem : quia contaminavit Ju-  
da, sanctificationem Domini, quam dilexit, &  
habuit filiam Dei alieni. 2. Ejus manifesta-  
tio coram pluribus ut Jes. 47. 3. Revelabitur nifestatio  
ignominia tua, & videbitur opprobriū tuum coram plu-  
ribus. Hos. 2. 10. Et nunc revelabo stultitiam ejus, in  
oculis amatorum ejus. Ezech. 16. 37. Ecce  
ego congregabo omnes amatores tuos, quibus

Argumen-  
ta ad pu-  
dorem in-  
ducentia.,

Turpitude  
facti.

commisſæ es, & omnes, quos dilexisti; cum  
universis, quos oderas, & congregabo eos ſu-  
per te undique, & nutabo ignominiam tuam.  
Sapien. 5, 2, 3. videntes turbabuntur timore  
horribili, & mirabuntur in ſubitacione inſpe-  
rare ſalutis, gementes pra anguſtia ſpirituſus  
dicentes intra ſe. pæniteniam agentes, & pro-  
anguſtia ſpirituſus gementes: H. ſunt quas ha-  
buiimus aliquando in deriſum, & in ſimilitu-  
dinem improprietatis. 2. Cor. 5, 10. Omnes nos  
manifestari oportet ante tribunal Chriſti, ut  
referat unu quaque propria corporis, proue-  
gebit ſive bonum, ſive malum. Apoc. 15, 4.  
Quis non timet te Domine? & magnifica-  
bu nomen tuum? quia ſolus pius es, quoniam  
omnes gentes venient & adorabunt in con-  
ſpectu tuo, quoniam judicatio tua manifestata  
ſunt. cap. 12, 10. accusat nos (accuſator  
Diabolus) ante Conſpectum Dei, die ac no-  
te. 3. Maniſtatio coram ſuperioribus,  
qui autoritatem puniendi obtinent, ut  
Matth. 10, 26: Nihil opertum eſt, quod non  
revelabitur, & occultum, quod non ſcietur.  
Jereim. 7, 11. Ego, ego ſum, ego vidi, dicit De-  
minus Ier. 5, 9: In auribus meis haec ſunt Do-  
mini exercituum 2. Timot. 3, 9: inſipientia  
eorum maniſta erit omnibus, ſicut illorum  
fuiſe

Manife-  
ſtatio co-  
ram ſupe-  
rioribus.

fuit. Sir. 9, 18: Cave eos, qui occidendi potestatem habent &c. in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis. 4. Despectus apud omnes inde ortus, ut Jer. 12, 6, Et fratres tui, & domus patris tui, contempserunt te, & clamaverunt inde ortus. post te plena voce &c. c. 22. 28. seqq: Quam sicutile vas & contritum, vir iste Jechonias? numquid vas absque omni voluntate? quare abieci sunt ipse & semen ejus & projecti in terram, quam ignoraverunt. Terra, terra, audi sermonem Domini, hoc dicit Dominus: scribere vrum istum sterilem, vrum, qui in diebus suis non prosperabitur: nec enim erit de semine ejus vir, qui sedeat super solium David, & potestatem habeat ultra in Iuda, 2. Sam. 16, 7. seqq. Ita loquebatur Simei, cum malediceret Regi: (Davidi) Egressere, egressere vir sanguinum & vir Belial, reddidit tibi, Dominus universum sanguinem dominus Saul, quoniam invasisisti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalom filii tui: & ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es &c. vers. 21. seqq. Et ait Achitophel ad Absalom: ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum, ut cum audierit omnis Is-

mel quod sedaveris patrem tuum reboren-  
 tur tecum manus eorum, Ies. 66. ult. Eg-  
 dientur & videbunt cadavera virorum, qui  
 prævaricati sunt in me: vermis eorum non  
 morietur, & ignis eorum non extinguetur,  
 & erunt usque ad satietatem omni carnis.  
 Deut. 28. 37. Et eris perditus in proverbiis  
 & fabulam, omnibus populis, ad quos te intro-  
 duxerit Dominus Nah. 3. 5. 6. Eceo ego ad te,  
 dicit Dominus exercituum, & revelabo pu-  
 dendam tua in facie tua, & offendam in genti-  
 bus nuditatem tuam & regnis ignominiam  
 tuam. Et proijcam super te abominationes,  
 & contumeliis te afficiam, & ponam te in ex-  
 s. Inferio- exemplum &c: & Inferiorum & viliorum  
 rum vita hominum vita melior, ut Jerem. 3. v. 11:  
 melior. Justificavit animam suam aversatrix Israel,  
 comparatione prævaricatrixis Iude. Ezech.  
 16, 51. seq. Et Samaria dimidium peccato-  
 rum duorum non peccavit sed viciisti eas sce-  
 leribus tuis, & justificasti sorores tuas in omni-  
 bus abominationibus tuis, quas operata es.  
 Ergo & tu porta confusionem tuam, que vi-  
 cisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratus an-  
 gens ab eis: justificatae sunt enim a te, ergo &  
 te confundere, & porta ignominiam tham-  
 que justificasti sorores tuas &c. Jer. 2. 15

Trav.

Transite ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vobementer, & videte, si factum est hujuscemodi. Si mutavit gens deos suos, & ipsi non sunt dei? populus vero meus mutavit gloriam in idolum.

v. 32. Nunquid obliviscetur virgo ornamen*tum* sui aut sponsa fasciae pectoralis sue? populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris.

cap. 8, 7. Milvus in caelo cognovit tempus suum; turtur & birundo & ciconia custodierunt tempus adventus sui; populus autem meus non cognovit judicium Domini. Jes. 1.

v. 3. cognovit bos posseforem suum. & asinus presepe Domini: Israel autem me non cognovit,

& populus meus non intellexit. 6. Opprobrium tum piorum, tum malorum inde

Oppressiones,

descens, Jerem. 9. 1: quis dabit capiti meo aquam, & oculis mei fontem lacrymarum? & plorabo die ac nocte imperfectos filie populi mei. Mich. 7. 1. : V& mibi quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiae, non est botrus ad comedendum, præcoquas! fucus desideravit anima mea,

Ezech. 36, 20: Et ingressi sunt ad gentes, ad quas introierunt, & polluerunt nomen sanctum meum, cum diceretur de eis: Nunquid iste populus Dei est, quos Deus de terra alie-

ita eduxit? Et de terra ejus egressi sunt. Thes. 4, 14. Sacerdotes ipsorum oberrabant in platis, velutice ceci, Et contaminati erant sanguine, nihilominus clementes: recedite polluti, abite, nolite tangere nos &c. adeo ut etiam inter gentes dicerent: Hi certè non habitabunt ultra in loco isto. Rom.

2, 24. Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes, Et c. 7. Angelorum præsentia, & re-

7. Angelo- rum in- tuitus in nosstra sce- lera.

latio hujus turpitudinis in eætu beatorum, cuiusmodi argumentum est, Matth. 18, 10. & 13. Angeli semper stant coram facie Dei Et c. Videntes conservi ejus quæ siebant, contristati sunt valde Et venerunt, Et narraverunt Domino suo omnia quæ facta fuerant, Et c. sic i. Cor. ii, 10. Plura hujus patalogiæ exempla, quibus argumentis Gaudium & tristitia sint excitanda? Regius lib. 7. cap. 19. exposuit.

**Patholo- gia verba lis quæ?** 9. Pathologia Verbalis est, Orationis per tropos & figuras exornatio. Tropi quidem & Figuræ dictionis in omni dicendi genere adhiberi possunt, ut per Epizeuxin, per Anaphoram, Epistrophen, Paronomasiam, & similes figuræ, periodū sive ordinar, sive claudam; Figuræ autem sententiæ, præterquam Exclamatio, simplici-

plici Didascalico Generi non semper quadrant. Granat. in re dubia vel incredibili. lib. 3, cap. 6. & Regius l. 8. c. 8.

10. Ex figuris sententiarum, ad admiratio-  
nem, Exclamatio Epiphonematica ut matio.  
plurimum solet adhiberi, vel ad exagge-  
randam peccati atrocitatem: *Esaï. v. 4. seqq.*  
*Jer. 9. v. 1. Thren. 5, 16. Mich. 7. v. 1. Ezeb. 22.*  
3: c. ad amorem & benignitatem Dei ex-  
aggerandam: *Psal. 31. v. 20. Deut. 32. v. 11.*  
*Sir. 18: v. 1, 2, 3. vel ad Dei sapientiam exag-  
gerandam, ut, Rom. 11. v. 33. Psal. 139. v. 17.*  
*Prov. 8. v. 22. seqq. vel ad Sympathiam, &  
pœnarum atrocitatem declarandam.*  
2. *Reg. 3. v. 10. Jerem. 6. 26. cap. 47, 6. Ezech. 21.*  
*v. 10. cap. 30, 2. Joel. 1, 15, 18. Rom. 2, 3. &c. vel  
ad increpationem, ut: ô incircumcisii auribus &c. *Aitor. 7. v. 51. Luc. 24. v. 25.* O terra,  
terra, terra, *Jer. 22, 29.* ô populi latroci-  
antes, *Ezech. 24, 6, 9. Marc. 9, 19. &c.* Prosopon*

II. In Genere Paideutico & Epanor-  
thotico maximam vim habent & com-  
muniter usurpantur Apostrophe, Proso-  
popœja, & communicatio, ut *Matib. II. Epizem-*  
*v. 23. & tu Capernaum &c. vel Luc. 19, 42. xix.*  
O si tu noſſes! Sic *Jer. 47. v. 6. cap. 5, 10. Jeſ. 6.*  
*v. 9, 10. Prosopopœja: Psalma. 114. v. 3. Sap. 5.*

v. 1. 2. seqq. Esa 56. v. 12. seqq. Communica-  
tio, Act. 4, 9. 1. Cor. 10, 15. cap. 12. v. 2. Profo-  
popœja in Genere Paideutico solet etiam  
á rebus fictis sumi, ut Judic. 9. v. 7 seqq.  
2. Reg. 14. v. 9. Epizeuxis quoque vehementer  
et increpationi deservit, ut Jer. 34, 10: Au-  
dierunt omnes principes, Audierunt, & di-  
misserunt. Et. v. 18, 20. Dabo viros, qui pre-  
varicantur, &c. Et dabo eos in manus ini-  
micorum &c. ita Cicero aliquoties in Ca-  
tilinam. Tu tu faces illas incendisti. Et:  
Commotus nè es, cum tibi Mater pedes am-  
plexaretur, commotus nè es? Et: Tu in ho-  
rum conspectum venire audes, proditor Pa-  
tria? Proditor inquam patriæ, tu in horum  
conspectum venire audes? Jes. 29. 1: Væ A-  
riel, Ariel &c. Ecce finis venit, venit super  
Te &c. Ezech. 7, 2, 3, 6. Epanorthosis idem  
usus est, Praesertim in Genere Epànor-  
thotico, quando vehementer in vitia in-  
vecti sumus, ut Paulus, Galat. 4. v. 12, 19.  
Metuo ne pereatis: At fratres; in nullo vos  
offendi &c. cap. 5. v. 3. seqq. 1. Cor. 9. v. 3. 10.  
seqq. In Elenctico Genere Addubitatio  
& Epanorthosis convenient, ut: quid  
dicam fratres, 1. Cor. 11, 22. Rom. 6, 1. cap. 7, 7.  
6 sp. 8, 32. cap. II. 1. seqq. 7, 10. &c. Exempla  
sunt

sunt in Dispensatore infido Lyc. 6. v. 3.

Paulo, Phil 2, 22. Epanorthosis sui ipsius,  
seu correctio à virtutis, in hoc Genere.

Luc. 11 v. 8. 2. Cor 5. v. 11. cap. 12, 11.

12 In Genere consolatorio Prosopo-  
pæja maxime regnat, ad describendam *Prosopon*  
Dei clementiam, tūm ex verbis, tūm ex pæja in  
gestib⁹, tūm ex beneficiis ejus. Deus enim *genere*  
ipse his figuris & gestibus in consolando *Consola-*  
titur, Iess⁹ 4. v. 11. c. 66. v. 11, 13. Deut. 32, 9.  
*torio.*  
seqq. Ezech. 16. per tot. & Cantico Salow,  
per singula cap. nihil aliud describit,  
quām gestus tūm Dei consolantis, tūm  
Ecclesiæ consolationem recipientis. De-  
inde pro consolatione afflictorum, Apo-  
strophe ad personam afflictam multūm  
valet, ut v. gr. ex Psal. 42. quid conurbaris *Apostro-*  
*anima mea?* Ies. 38. v. 15 o quantum gloria-  
bor &c. His argumentis B. Hieronymus  
ulus est, cum Paulam Matrem, super mor-  
te filiæ consolaretur: *Quas nunc existimas*  
*Blesillam nostram pati crucis, quæ ferè tor-* *In Episto-*  
*menta, quod tibi nimium lugenti Christum la ad Pau-*  
*videat subiratum? clamat nunc illa lugenti: lam, sub-*  
*si unquam mea miseri mater, si tua ubera su- finem.*  
*xi, situis instituta sum monitis, ne invideas*  
*gloria mea, ne hoc agas, ut à nobis in per-*  
*petuum*

petuum separemur, putas me esse solā: Habeo  
 pro te Mariam matrē Domini, habeo Hannā  
 quandam in Evangelio prophetanem, habeo  
 Angelorum choros triumphi om̄ites; &c.  
 Misereris mei, quia Mundum reliqui? Ab  
 ego vestram sortem doleo, quos adhuc seculū  
 carcer includit, quos quotidiē in acie pre-  
 liantes nunc ira, nunc avaritia, nunc libi-  
 do, nunc variorum incentiva visiorum per-  
 trahunt ad ruinam. Si vis ut mater mea  
 sis, cura placere Christo. Non agnosco ma-  
 trem Domino meo displicentem. Loquitur  
 Blesilla & alia multa, quæ taceo &c. Ita Pau-  
 lò antē introduxerat Hieron. Christum,  
 per Protopopœjam cum Paula loquen-  
 tem: Insceris Paula, quia tua filia mea fa-  
 etia est filia? indignaris de judicio meo, &  
 rebellibia lacrymis facis injuriam possiden-  
 ti? Scis quid de te, quid de ceteris tuis cogi-  
 tem? Cibum tibi denegas, non jejuniorum  
 sed doloris studio, non amo frugalitatem  
 istam, jejuniū ista adversarii mei sunt, nul-  
 lam animam recipio, que me nolentes separa-  
 tur à corpore, super nullum requiescit Spir-  
 itus meus, nisi super humilem & quietum &  
 trementem verba mea: Similis ferè Apo-  
 strophe est apud Jeremiam cap.50. v. 28. 29.  
33.

B. cap. 31. 23. seqq. Baruch. 4. v. 9. 19. 20. seqq.  
 audite confines Sion, adduxit quidem Deus  
 lucrum mihi magnum, vidi enim captivita-  
 tem populi mei &c. nutriti illos cum juvun-  
 ditate, dimisi autem illos cum fletu & lu-  
 dum &c. sed nunc calicem consolationis retrivi-  
 buit mihi, Dominus nunc &c. Ita Ps. 66. 16:  
*Venite & videte, quanta fecerit animæ meæ?*  
*Clamabam &c: Ps. 31, 23. Ps. 116, 11: Dicebam*  
*in desperatione meæ: perii sed tu &c: Sic*  
*Thren. 3, 54, 55, &c: Jona, 2, 5, 6, 7. Ier. 38,*  
*10, 15, &c.*

## CAPUT XII.

*De*Exemplis Pathologicæ  
Verbalis.

Quanquam formularum, quibus  
 Prophœtæ & Apostoli Auditorum suo-  
 rum affectus excitârunt, sive ad tristia-  
 tiam, sive ad amorem, sive ad indigna-  
 tionem, seu quemcunque alium animi  
 motum, tanta varietas & copia est, ut  
 nemo sperare audeat, se omnia artificiū  
 ejus momenta apprehensurum; Tum ve-  
 rō cujusque industria, & inveniendi fa-  
 cultas, hic agmen ducat, oportet: Sal-  
 tem,

tem, ut tirones σκιαγραφίας quandam  
habeant, ad quam similes commovendi  
formas, à se collectas referre possunt,  
rudem quendam ordinem hic designa-  
bimus.

## In Genere Didascalico & Elenctico.

*Formulæ*

*narrandi.*

*Formulæ narrandi, vel proponendi*  
*sunt, Gal. 3, 11. Fratres, humano more lo-*  
*quar &c: Jobi 33, 1. seqq. Audi, obseruo,*  
*Hiob sermones meas, & attende ad verba*  
*mea, Ecce aperio os meum, & labia mea lo-*  
*quentur veritatem &c: Sic cap. 21. v. 1, 2*  
*seqq. cap. 34, 2, 3. seqq. Ita Genes. 49, 20*  
*congregamini, ut attendatis &c: 1. Paral.*  
*29: 2: David consistens pedibus suis, lo-*  
*quebatur: Attende mibi fratres mei, &*  
*cognatio mea &c: Psal. 49, 2. seqq. Audite*  
*bæc omnes gentes, percipite auribus omnes*  
*habitatores orbis, Plebei & nobiles, pauperes*  
*& divites: Os meum loquetur Sapientiam*  
*&c: Psal. 94, 2. Aperiam os meum in simi-*  
*litudinibus & abditas res loquar &c: Deut.*  
*32, 2. & 46. Audite cœli, & auscultate terra,*  
*sermo meus fluat veluti ros &c Sic Jes. 34. 1,*  
*6. 48.*

cap. 48, 1, 12, 16. c. 49, 1. c. 51, 1, 4, 7. Pro-  
verb. 8, 5 c. 22, 17. Luc. 21, 14. &c.

Formulæ excipiendi ad prolepsim: Formulæ  
Jobi 32, 14, 15. Non sufficit mihi responso excipi-  
vestra, defecistis ratione. Sic cap 33, 32. si dū.  
quid habes quod loquaris, responde mihi.  
Quod si non ē quæ seqq. Ies. 29, 16: Quid ita  
perversi estis? quasi verō &c. Expectamus.  
quid excipere velis &c. Jobi 34, 33. Sic cap.  
21, 34. Et cap. 20, 3. Rationes, quibus me ar-  
guis, audiam, sed Spiritus sapient: & Dei re-  
spondebit pro me &c.

Formulæ affirmandi vel etiam asse- Formulæ  
verandi rem aliquam: Jer. 44, 26. Audi asseveran-  
te hæc omnes: juro ego per nomen meum di.  
magnum, inquit Dominus, Nomen meum  
porrò non profanabitur &c. 2. Corinth. 11.  
10: Est veritas Christi in me. Sic. cap. 1,  
23. Ego testem DEUM invoco in animam  
meam Rom. 1. 9. Testis mihi Deus est &c.  
cap. 9, 1: veritatem dico in Christo Jesu, non  
mentior Gal. 5. 3. Testificor rursus omni ho-  
mini. Eph. 4. 17. Hoc dico & testificor in Do-  
mino. Ita 1. Thess. 2, 5, 10. Phil. 1, 8. 2. Cor. 11.  
3. Sic Galat. 5. 2. Ego Paulus dico vobis, si  
circumcidamini &c. Sic. 1. Cor. 6. 9. No-  
lite errare &c. neque fornicari, neque  
adulteri &c. possidebunt regnum Christi.

Ejusmodi asseverandi formula est apud Granat. Tom. 2. Concio. fol. 281. Quod adeò rerum est, ut B. Angustinus diceret non dubitaverit, in omnibus ferè paginis divinorum voluminum banc sententiam continere. Granat. in re dubia vel incredibili. lib. 3. cap. 6. & Regius l. 8. c. 8.

**Formulae  
communi-  
candi.**

Formulae communicandi seu sermocinandi sunt Jer. 3. metuamus Dominum, qui dat nobis pluviam temporalem & cap. 5. 24 sic Prov. 5. 12. introducuntur hi, qui sapientiam discere neglexerant: cur de testatus sum disciplinam? Sc. ita Sap. 2. & 5. damnati introducuntur conquerentes invicem de suo infortunio. Sic Esa. 10. 13. Rex Babel introducitur tanquam secum loquens: in fortitudine manus meæ feci haec, in sapientia mea abstuli te. Sic Luc. 16. 23. Dives epulo infernalibus tormentis cruciatus implorat misericordiam: Pater Abraham miserere mei, & emitte Lazarum Sc. Ita Job. 18. 2. cap. 22, 5, 6, 7, Psal. 64. 6, 10. Mal. 2, 10. Huic similis est Mimesis de qua infra p. 297. 298.

**Formulae  
commen-  
dandi.**

Formulae Commendandi aliquid, ut personam; Deut. 4. 7. Euge qualis populus iste est præ omnibus nationibus terra. Si rem aut textum aliquem, hoc ferè modo:

quān;

quantas divitias putatis hoc brevi præcepto  
contineri? Cujusmodi sunt apud Grana-  
tens, Tom. 2. pag. 184. sic Ps. 139. 17. Quām  
pretiosæ sunt mibi cogitationes tue, Deus!

August. in Joh. 16. Tract. 99. super il-  
lud: quomodo Spiritus Sanctus sit Deus,  
& tamen non de suo accipiat, quod an-  
nunciabit? Ardua Questio. Nimis ardua!  
Ipse adsit Spiritus, ut saltem sicut eam rogi-  
tare possumus, sic eloqui possumus, Ac sic ad  
intelligentiam Vestram pro mei modali fa-  
cilitate perveniat. Prius itaq; nosse debetis,  
& intelligere potestis &c.

Chrysostomas Homil. 2. 3. 4. ad pop.  
Antioch. aliquot exempla commendan-  
di textum propositum suppeditat.

August. in Ps. 118. Proœm: Ad solven-  
dum debitum huic Psalmo, quotiescumque  
cogitare tentavi, semper vires intentionis  
nostræ excessit, inquit: Quanto enim vi-  
detur apertior, tanto mibi profundior videri  
solet &c:

Idem in Psal. 35. Dedit illos Deus in  
concupiscentias cordis eorum ad faci-  
endum, quæ non convenient. Inten-  
dat charitas Vestra. Magna res est. Ma-  
gnares agitur. Quid est hoc? Deus det il-  
los inconcupiscentias cordis eorum &c:

Idem in Psal. 119. lat. 120. Brevis Psalmus est, & valde utilis ad cantandum nobis, quem modo cantatum audivimus & cantando respondimus. Non diu laborabis in audiendo, nec infructuosè laborabis in meditando; Est enim sicut ejus titulus prenotat, Psal. graduum, Gradus autem sunt vel ascendentium vel descend. Intelligamus itaq; tanquam ascensuri corde &c.

In genere Paideutico.

**Formulæ adhortandi sunt:** Quod cælestis Magister damnat, mundus probat, quod iste probat, mundus damnat. Elige, cuius velis esse discipulus. Ejus certè discipulus es, cuius opera & dogmata sectaris. Obscenro ergo vos fratres, per mansuetudinem Christi, ne tam preciosum exemplar frustra vobis ante oculos proponi patiamini, &c sic ab init. cap. 1. Jes. quarite judicium &c: sic c. 58, 5-6, 7. postquam falsa Iudeorum sacrificia rejecta essent, subditur Exhortatio: disolve colligationes impietatis, frange esurienti panem tuum &c. cap. 55, 2, 3: Auscultate, quæso, mibi, & comedite bonum, & impinguabitur voluptate anima vestra, inclinate aures vestras, & redite ad me: Anscultate, & vivet anima vestra. Quia &c: cap.

cap. 56. 1. 2. *Hæc dicit Dominus: custodite judicium, & facite justitiam, quia juxta est salus mea &c: Ita Jer. 7, 3. cap. 9, 12. Psal. 12, 10, 11. seqq. Prov. 1, 8, 9. cap. 2, 1. seq. cap. 3, 1, 2. seqq. cap. 4, 1, 2. seqq.* Adhortandi per repetitionem: Chrysost. aliquoties quando de Elemenos. agit Tom. 5. homil. 36. & 37. ad pop. Antioch. & Tom. 2. in Johannem homil. 95: *His nos monitionibus nunquam cessamus, neq; vos tamen unquam paretis. Causa, quod pusilli sumus animo, terrenis inbiamus, & deorsum trahimur. Imò absit, ut vos omnes damnem, tanquam incurabiliter agrotetis &c.*

Formulae Suadendi sunt: Apoc. 3, 18. *Suadeo tibi, ut unguentum emas &c: Jerem. 21, 8. Ecce, ego do vobis viam vitae, & viam mortis &c: Qui credit in me, non morietur, credisne hoc? Joh. 11, 26. Credisne Moyosi & Prophetis Rex Agrippa? Scio T E credere Act. 26, 27. &c.*

Formulae Optandi aliis sunt, i. Tim. 6, 21. *Gratias sit tecum. cap. 2, 1, 2, 7: obsecro igitur primum omnium fieri obsecraciones, orationes, postulationes, gratiarum actiones &c: Psalm. 20, 1, 2, 3, 4. seqq. Exaudiat te Dominum in die tribulationis, protegat te nomen DEI Jacob &c: Psalm. 41. 2. 3.*

Formulae  
Suadendi  
di.

Formulae  
Optandi.

Dominus conservet TE, & vivifacet TE, &  
 beatum TE faciat in terra &c. Sic Ps. 121,  
 5, 6. seqq. Psal. 122, 7, 8. 9. Genes. 27, 28:  
 Det tibi Deus de rore cœli &c: Cap. 49, 22 +  
 23, 24, 25: Deus patrii tui benedicat tibi +  
 benedictionibus sursum, benedictionibus de-  
 sersum &c: Num. 6, 24. seq. Sic Deute-  
 ron. 33. per tot. Ruth. 4, 11, 15. Tob. 10,  
 12. &c. Deut. 5, 29. Sibi ipsi: Psal. 53, 7  
 Quis dabit ex Sion salutare Israël &c: Ps.  
 85, 7: Deus, nonne tu conversus vivificabis  
 nos, & plebs tua letabiiur in te? Sic Cant.  
 8, 1. O si mibi liceret te fratrem meum oscilla-  
 lari intus in conclavi &c. Sic Jer. 9, 1, 2. Ps.  
 55, 7, 8. Jobi 6, 8. c. 11, 5. c. 14, 13. c. 29, 2.  
 seqq.

Formulæ  
petendi.

Formulæ petendi seu deprecandi De-  
 um sunt, Jerem. 15, 15: Tu scis Domine, re-  
 cordare mei, & visitame, &c: cap. 14, 7, 20.  
 Si iniquitates nostræ responderint nobis,  
 Domine fac propter nomen tuum, quo-  
 niam multæ sunt aversiones nostræ, tibi pec-  
 cavimus. Zach. 1. vers. 12: Domine exerci-  
 tum, usque quod tu non misereberis Jerusa-  
 lem & urbium Iuda, quibus iratus es. Ha-  
 bacuc. 1, 12. Sic Psal. 85, 1. seqq. Benedi-  
 xisti Domine terram tuam, avertisti captiu-  
 itatem Jacob &c. Psal. 88, 2. Intret in con-  
 fectu

Speciu tuo oratio mea inclina aurem tuam  
ad preces meas. Psal. 89. 47. usquequò, Do-  
mine, avertis in finem exardest sicut ignis,  
ira tua? &c. Sic Psal. 17, 1, 2. Psal. 31,  
10. Psal. 59, 2, 3. Thren. 2, 20. cap. 3, 21.  
cap. 5. per tot. Esa. 63. 15. 16. cap. 64. 8, 9.  
Amos, 7, 2, 3. 5. Ab Domine, define quis re-  
stituer Jacobum? &c.

### In Genere Epanortho- tico.

Formulæ Adjurandi, seu vehementer obtestandi aliquem sunt, Matth. 26. 63. illud Caiphæ: *Adjuro te per Deum vivum ut dicas nobis, num sis Christus.* Sic David ad Abigail: *vivit Dominus &c. nisi citè venisses &c.* 1. Sam. 25. 34, Eliæ ad Obadiam: *vivit Dominus Zebaorh, in cuius conspectu* sto &c. 1. Reg. 18, 15. Sic Joabi ad Davidem 2. Sam. 19. 7: *juro tibi per Dominum, si non exieris ad populum hunc, ne unus quidem mansurus est tecum &c.* Sic Psalm. 107. vers. ult. *Quis sapiens & custodiet haec?* Ephes. 4- 17. Dico igitur &c. 1. Timoth. 5, 21. Testor coram D E O, & Domino Iesu Christo, ut custodias haec &c. Sic cap. 6. 13. 2. Tim. 2, 8, 9, cap. 4, 1, 4.

Accusan-

Formulæ Accusandi sunt, Apoc. 2, 4.  
 Sed habeo adversum te pauca. Mich. 3, 2.  
 Nunquid non vestrum est scire judicium, qui  
 odio habetis bonum, & diligitis malum?  
 Jerem. 6, 14. curabant contritionem filiorum  
 populi mei, dicentes: pax, pax, & non erat  
 pax. Eccl. cap. 28, 15. Audi Hanania: non  
 misit te Dominus Eccl.: sic Ezech. 13, 8. Lo-  
 cuti estis vana & videlicet mendacium.  
 Hos. 4, 1. seqq. Non est veritas, non est  
 misericordia, & non est scientia DEI in  
 terra Eccl.: sic Dan. 3, 9. seqq. cap. 6, 12.  
 seqq. Jer. 26, 12. Amos 7, 10.

Conque-  
rendi.

Formulæ Conquerendi de affli-  
 ctione vulgares hæ sunt; Thren. 1, 12. ò  
 vos omnes, qui transitis per viam, attendite  
 & videte, an sit dolor similis dolori meo?  
 sic cap. 14, 13. Jerem: Ab, ab, ab, Domi-  
 ne. Psal. 69, 10, 11, 12, 21: opprobrium  
 comedit cor meum Eccl.: Psal. 55, 5, 6 Timor  
 & tremor venerunt super me Eccl.: Thren.  
 1, 11. Omnis ejus populus gemens, & que-  
 rentis panem Eccl.: sic Jerem. 14, 17, 18.  
 Sirac. 41, 1, 2. seqq. 2. Corinth. 7, 5, 1. Cor.  
 4, 9. seqq. Conquerendi de hominum  
 incorrigibilitate per prædicationem  
 verbi, Je. 42, 19, 20: Quis cæcus, nisi servus  
 meus? & surdus, nisi ad quem nuncios

meos misi? Multa eis prædicantur, sed non attendunt Eccl: cap. 48, 4. Durus es tu, & nervus ferreus cervix tua, & frons tua area cap. 53. i. Quis credidit auditui nostro? Eccl: Jerem. 6, 10. cuiloquar? & quem contestabor, ut audiat? Eccl. cap. 8, 4, 5, seqq. Nunquid qui cadit, non resurget? & qui aversus est, non revertetur? quare ergo aversus est populus iste in Jerusalem aversione perpetua? Eccl: cap. 11, 7: Mane consurgens contestatus sum, & dixi. Auditte vocem meam; & non audierunt cap. 51, 9: Curavimus Babylonem, & non est sanata. sic Os. 8, 12. Zephani. 3, 5: Dominus quidem fideliter dehortatur, sed populus impudens est Eccl. Surge, propria amica mea, &c. Qua in re ineffabilem DEI nostri dignationem, & benignitatem contemplari licet, qui cum nostri prorsus non egeat, nostroque commercio nihil illi possit accedere, dignatur tamen ultrò ad nos venire, in nobis habitare, ac tot promissis, tot blanditiis, tisque amantissimis vocibus nos invitare. Quæ quidem verba, à Spiritu Sancto studiosè, tam blandè concepta, scripta, consignata, cum in hoc Epithalamio & amoris cantico lego, vel stupeo, &

nescio, utrum potius mirari debeam:  
 An summam & inestimabilem Dei no-  
 stri bonitatem; qui talis ac tantus ad  
 vilissimos venire dignatur vermiculos:  
 An summam nostram socordiam, & in-  
 credibilem stupiditatem, qui ad tales  
 ac tantum sponsum, sic amantem, sic  
 vocantem venire recusamus. Granat.  
 Dom. 4. Adventus, Conc. 3. De incorri-  
 gibilitate per poenas, Jerem. 2, 30: Fru-  
 stra percussi filios vestros, disciplinam non  
 receperunt cap. 5. 3: percussisti eos, & non  
 doluerunt &c: Sic Jesa. 1, 5. Ezech. 21, 13.  
 c. 24, 12. Jesa. 42, 23, 24, 25. Ose. 7, 2, 10.  
 Amos 4, 10. Thren. 4, 17. De impietate  
 hominum in genere, Mich. 7, 1, 2: Va-  
 mibi, quia factus sum, sicut qui colligit in  
 aestate racemos vindemiae &c. Psal: 14. &  
 56. pertot. Conquerendi de dilatione  
 auxilii divini. Psal. 13. ab init: usque quo,  
 Domine oblivisceris me in finem? &c: Job. 7,  
 19. usquequod non parcis mihi, usquequod  
 non dimittis me ut glutiam salivam meam.  
 Sic Hab. 1, 2. Usquequò Domine clamabo  
 &c. Conquerendi de impenitentia;  
 Jer. 6, 10: cuiloguar, & quem contestabor,  
 si audiat? ecce incircumcisæ aures eorum,  
 & audire non possunt &c. cap. 8. 9. Verbum  
 Dominis

Domini proiecerunt, & sapientia nulla est  
in eis: Castigandi punitorum impaci-  
tentiam; Jer. 3, 19: arguet te malitia tua,  
& aversio tua increpabit te, cap. 30, 15: quid  
clamas super contritione tua &c. sic Thes. 3.  
39, 40.

Formulae Comminandi sunt; Prov. 1, Commi-  
24: Quia vocavi & renuisti &c: Ego quo-  
que in interitu vestro ridebo &c: Ezech. 5,  
15. Eris opprobrium & blasphemia, exem-  
plum & stupor in gentibus &c: cap. 20, 37:  
Et subijcam vos sceptro meo, & inducam  
vos invincibilis fæderis. cap. 21, 9: Hæc dicit  
Dominus: gladius, gladius exacus est, &  
limatus &c: vers. 14. Et enim duplicabitur  
& triplicabitur gladius; gladius interficio-  
rum est, gladius perfectionis magna &c.  
Sic cap. 14, 1, 2, 12, 13. seqq. Jerem. 7, 13,  
20, 23. seqq. cap. 9, 15. cap. 30, 23, 24. Piat.  
52, 7. Amos, 6, 1: Vx vobis opulentis in  
Zion &c.

Comminandi formulæ formulæ Ter- Terrendi.  
rendi confines sunt, ut Jerem. 5, 9, 10.  
Nunquid super his non visitabo, dicit Domi-  
nus? & ingente tali non ulciscetur anima  
mea? &c. cap. 6. 26. Filiapopuli accin-  
gere Cilicia, & conspergere cinere, luctum  
unigeniti fac tibi, plancium amarum, quia  
repent.

repentè veniet vastator super vos. Sic Jes. 32,  
11. Obstupescite securæ, conturbabimini con-  
fidentes, accingite lumbos vestros &c: cap.  
33, 14: Conterrati sunt in Sion peccatores,  
possedit tremor hypocritas &c: Jesa. 21, 3, 4.  
cap. 32, 9, 10, 11. cap. 29, 9, 10. Jerem. 19, 2.  
Sic Ezech. 26, 21. seqq. cap. 26, 16. Joel. 2,  
1. Luc. 23, 40. 1. Sam. 3, 11. 2. Reg. 21, 12.  
Comminandi & Terrendi formulis, uti-  
liter subnectitur obtestatio Auditorum,  
ad rationem salutis suæ habendam:  
Jer. 9, 12. Wer nun Weise wâre! Deut.  
32, 29. O daß sie Weise wâren! Psal. 50. ult.  
Mercket doch das &c. Singulis hisce lo-  
cis præcesserunt vchementes commina-  
tiones

## Corrigenda.

Formulæ corrigendi sunt frequentis-  
simæ apud Prophetas, qualis est illa Jer.  
6, 18. juxta Lutheri versionem: Emenda  
Jerusalem vias tuas, antequam averta-  
tur cor meum à te: Sic cap. 35, 13: Quan-  
do tandem emendabitis vos, ut auscul-  
tetis mihi? & v. 15, 16. cap. 7, 3, 4, 28. cap.  
18, 11, cap. 26, 13. Sic apud Granat. Fer. 6.  
post 1. Domin. in Quadragesima conc. 3.  
pag. 187. & 188. ejusmodi formulæ con-  
glomerantur.

Formula corrigendi seipsum, extat  
apud

apud Augustinum Confess. lib. VIII. c7:  
*Ubi es lingua? Nempe Tu dicebas, propter  
 incertum verum nolle TE abjecere sarcinam  
 Vanitatis! Ecce jam certum est: Et Tu ad-  
 huc premeris antiqua sarcinæ Vanitatis &c:*

Formulæ Dehortandi seu Disuaden-  
 di sunt; Os. 4, 15: *Si fornicaris tu Israel, Dehor-  
 ne delinquat saltem Juda.* Jerem, 25, 6. *mandi.  
 Nolite ire post Deos alienos &c?* Sic Jes. 28,  
 22: *So lasset nun ewer spotten/ ne ingnave-  
 scat malum vestrum, &c:*

Jerem. 2, 25. *Lieber lauff doch nicht so  
 heilig.*

Ezech. 33, 11. *Warumb wolte jhr sterben  
 ihr von Hause Israel?*

Jerem 7, 19. *Weinet ihr Ihr wollet mihr  
 Verdrieß damit thun: non mibi sed vobis  
 ipsis verdrieß.*

Formulæ Maledicendi, seu vehemen-  
 ter increpandi sunt, Zach. 3, 2. *increpet Maledi-  
 te Dominus, Satan.* Actor. 8, 20. *Pecunia tua  
 tecum sit in perditionem.* Actor. 13, 10: O  
 plene omni dolo, & omni fallaciâ, fili Diabo-  
 li, inimice omnis justicie? sic in historia  
 Susannæ v. 52, 56. sic Luc. 24, 25. O stulti &  
 amentes ad credendum omnibus &c: Gal.  
 3, 1. o insensati Galatæ! Luc. 19, 22: Ser-  
 ve nequam &c, 2. Samuel. 21. o Montes  
 Gilboæ

Gilboæ, neque ros, nec pluvia veniant super  
vos &c. Sic Josuæ 6, 26. Psal. 109, 6, 16.  
seqq.

Increpan-  
di.

Formulae increpandi sunt, Matth. 5.  
sæpius: *Ego autem dico vobis &c* formulae increpandi peccatores sunt: Jes. 46, 12.  
*Audite me duro corde, qui longè estis à iude-*  
*suiâ cap. 47, 8: Audi hæc delicata, & habi-*  
*tans confidenter &c.* Jerem. 13, 27- *ego de-*  
*nudavi simbrias tuas versus faciem tuam,*  
*ut videatur ignominia tua.*, Thren. 3, 66.  
*Persequeris in furore tuo, & conteres eos,*  
*sub cœlis, Domine.* Sic Psal. 109, à vers. 6.  
usq; ad 21. Deut. 28, 16 seqq. Actor. 8, 20.  
Psal 9, 18. &c.

Exagge-  
randi.

Exaggerandi majus vitium: Ezech. 16.  
51. *Tota Sodoma, ne dimidium peccatorum,*  
&c. Chrysost. homil. contra luxum T. 5.  
opp. Si in veteri Testamento tam uehemen-  
ter agit Propheta contra luxum, quamvis  
speciem deliciarum ponat, non valde sum-  
pruofam, nego adeò mollem: Comedentes, in-  
quit, arietes ex gregibus, & vitulos lactan-  
tes, &c: Amos 6. 4 quid dicemus de his, qui  
profunda maris perscrutantur, & extrema  
terra, & variarum avium & piscium vena-  
tores undiquaque sibi colligunt? Et si biben-  
tes vinum defacatum, reprobendantur,  
quid

quid dices de his, qui instituant transmarinas pro vino profeciones & omnia monvent, ne aliquod genus deliciarum eis surripiat, quasi nationes sint dandas, vel ipsi inter extremos sint computandi, nisi omnis genus vini absorberint. Si eburnei lecti dignis reprehensione sunt, qui multo argento lectos circumdant, immo ex puro argento fabricantur, non lectos, sed dollas, & matulas, & lebates, & furcas, &c. qualem veniam assentientur? Quid parvum vel magnum respondere poterunt, si de his corrigantur? Ego autem hic appono, quod omnibus gravius est, quod ex aliquis calamitatibus hæc omnia colligantur, quamvis Propheta hoc non objicit, sed solum deliciarum arguit. Ubi vero causa est deliciis gravior, quis eximet illos hæc facientes ab extrema pænæ? Quis Noe ipsis patrocinabitur? quis Job? quis Daniel? Nemo quidem, sed de his dicendum: excandescat furor meus sicut fumus: &c., Deut. 32. &c.

His affines sunt formulæ Devovendi Devovem-  
aliquem, vel etiam seipsum, ut Ol. 4, 14; di.  
17. Non uiscabo super filias vestras, cum fuerint fornicatae; Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum (juxta Lutheri versionem  
sunt hæc evidenteriora) Jerem. 15, 2. Qui  
ad

*ad mortem, ad mortem &c. cap. 8, 3. Eli-  
gent magis mortem, quam vitam. Jes. 50,  
ult: Ambulate in flammis, quas vobis accen-  
distis, in doloribus dormieris &c: Sic. Job.  
31. à v. 19. ad fin. Psal. 7, 4, 5. Deut. 28, 15,  
16. seqq.*

*Confiten-  
di.*

*Formulæ Confitendi sunt, Jer. 14. 20,  
21: Cognovimus Domine iniquitates nostras,  
& iniquitates patrum nostrorum &c: Sic  
cap. 10, 23, 24. Ps. 38, 10, 11. Ps. 32, 3. 4. 5. Ps. 65,  
4. Thren. 2, 18: clamavit cor eorum ad De-  
minum super muros filie Sion &c: Dan. 9,  
11. omnes Israel prævaricati sunt legem tuam:  
&c. & stillavit super nos maledictio & de-  
testatio. Job. 39, 37: qui leviter locutus sum,  
respondere quid possum? manum meam  
ponam super os meum sic Psalm. 32, 5. Psal.  
51, 2. seqq. Psal. 38, 4. seqq. Psal. 73, 22. seq.  
Psal. 106, 6.*

*Expro-  
brandi.*

*Formulæ Exprobrandi delictum sunt;  
Ezech. 21. 13. Tentavit Dominus, si virga  
apud improbos aliquid proficere vellet, non  
autem factum est, Jerem. 2, 33. quid niteris  
bonam ostendere viam tuam ad queren-  
dam dilectionem, quæ insuper & malitias  
tuas docuisti vias tuas? cap. 3, 3, 4: Quam-  
obrem prohibite sunt stillæ pluviarum, & se-  
rotinus imber non fuit: frons mulieris mere-  
tricis*

iricis facta est tibi, noluisti erubescere &c:  
 cap. 7. 9. seqq. Furamini, occiditis &c: & ve-  
 nitis, & statis coram me in domo ista &c: sic.  
 c. 9. v. 5. 6. Thren. 2, 16. Iob. 34. 7. Ier. 44, 21.  
 Omnino Deo placuit incensum vestrum &  
 studia vestra! scilicet ut expelleret vos &c.  
 Sic. i. Cor. 6. 1. Audetne aliquis accusare  
 fratrem apud injustos? &c. Ier. 30, 15, cap. 5.  
 23, 24.

Formulæ & voces Dolentis sunt;

*Dolendi*

Jer. 4. v. ult: Væ mihi, quia defecit anima  
 mea propter imperfectos, ibid. versu. 19. Wie  
 ist mir so herzlich wehe! Sic cap. 9, 1. 10. 17.  
 Quis dabit capiti meo aquam? cap. 10, 19.  
 Væ mibi super contritione mea cap. 13, 16. 17.  
 expectabitis lucem, & ponet eam in umbram  
 mortis &c. cap. 8, 19: Ecce vox clamoris, &c.  
 Nūquid Dominus nō est in Sion, aut Rex ejus  
 non est in ea; &c. cap. 9, 1, 2. seqq. Quis da-  
 bit capiti meo aquam, cap. 15, 10. o mater  
 mea, quod genuisti me! &c. Sic Thren. 1, 3,  
 7, 21: Migravit Iuda propter afflictionem &  
 multitudinem servitutis &c. recordata est  
 Jerusalem dierum afflictionis suæ, & præva-  
 ricationis &c: Descriptio magni doloris  
 est Ier. 30, 6 interrogate & videte, si generat  
 masculus: quare ergo vidi omnis viri manum

Q

super

super lumbum suum, quasi parturientis, &  
conversæ sunt universæ facies in auriginem.  
Sic Threnz, 10, 11, 19. cap. 3, 12, 49. 50, 55.  
Psal. 69, 1. Chrysost. homil. 13. ad pop. in  
fine: Utinam posset fieri; ut Ego pro vobis  
benè mererer & Vos meritorum brabeion  
caperetis! Sed hoc impossibile est; propterea  
doleo & lugeo, quod Vobis in magno illo die  
accusatis assistere non possum: maximè cum  
neg̃ mibi fiducia apud Deum sit tanta, neq;  
verò scil. fiduciam haberem, sum Mose san-  
ctior, aut Samuele justior, quos ad tantam  
virtutis perfectionem proiectos, non permi-  
sit tamen quicquam adjuvare Iudeos, eo  
quod bi nimio torpori sese dedidissent Quo-  
niam igitur ex propriis operibus punimur &  
Salvamur, studete pro vobis &c.

## In genere Consolatorio.

Formulæ Consolandi in genere sunt:  
Psal. 42, 6, 12: quare tristis es anima mea, &  
quare conturbas &c. Ps. 37, 34, 40. exspecta  
Dominum, & custodi viam ejus; & exaltabit  
te, &c. Psalm. 11, 1. In Domino confido &c.  
Psl. 62, 9. Sperate in eo &c. Deus adjutor no-  
ster in æternum. Joel. 2, 21. Noli timere terraz  
exulta &c. Jer. 30, 7. tempus tribulationis est  
Jacob

Jacob, & ex ipsa salvabitur &c. cap. 50, 20: quæretur iniq[ue]itas Ismael, & non erit: & peccatum Iuda, & non invenietur &c. Sic Zach. 1, 13, 14. seqq. Psal. 31, 22, 24, 25. Plal. 36, 8 Psal. 37, 3, 9, 13, 14. Thren. 3, 22, 23, 24. Iei. 54, 4, 10, 11. in paupertate. De consolandi formulis vide Granatensem lib. 3, cap. 9. Regium lib. V. cap. 14. & 16. per apostrophen, per parthesiam, per communicationem, per promissionem, per increpationem, & consolationem alternatim. Granat. l. d. p. 196. ab indecoro. Regius pag. 200. Hieron. Epist. ad Paulum super obitu Blesillæ, hoc argumentum ab indecoro nimii luctus Christianorum pathetice exornat. Lutherus in Epist. ad Spalatin. & Philip. anno 1530. Augustan. Vindel. lieber Philips! Gott wird vmb ewrent willer: gnm̄ Eigner werden! scil.

*Consolamini, consolamini, qui in fôrdibus paupertatis conterimini, quia vobiscum Deus in paupertate est. Pauperem elegit matrem, pauperes fratres, pauperem domum, pauperes pastores, quibus nativitatis suæ enunciat arcana, pauperesq; pescatores, quibus Evangelicæ prædicationis ministerium delega-*

ret. Bernh. apud Granat. Serm. I. in Natale Domini.

**Condolen-** Formulæ Condolendi hæc ferè sunt:  
**di.** 2 Sam. 18, 33: *Fili mi, Absalom, Absalom fili mi &c: Jer. 4. ult: vœ mibi, quia deficit anima mea propter interfertos. cap. 8, 20. transiit missis, finita est ætas, & nos salvati non sumus. Si cap. 15, 5. cap. 14, 17. cap. 9, 10. Thren. 2, 5, 6, 7. seqq. 13. Factus est Dominus velut inimicus, precipitavit Israël &c: & per Threnos Jeremiæ passim. Sic Ruth 1, 13: *vestra angustia magis me premit &c.**

**Commise-** Formulæ Commiserandi sunt; Jon.  
**randi.** 4, 10. *Tu doles super bederam, in qua non laborasti &c: Et ego non parcam Ninive? &c.* Jer. 8, 21. *Super contritionem filiæ populi mei contritus sum & contristatus &c.* Joh. 4, 11. Audi misera & deserta, concussa tempestibus &c. Jerem. 31, 20. *Rumpuntur ilia mea ex commiseratione erga Ephraim. Hos 11, 9 Ebulliit cor meum.*

**Promit-** Formulæ promittendi liberationem  
**tendi.** sunt. Psal. 58, 11, 12. *Der Gerechte wird sich freuen/wenn er solche Rache sieht/&c. Psal. 91, 7, 8. Er wird dich mit seinen Fingern bedecken/Obtausent fallen/&c. Ich will/Ich will/Ich will/&c. Psal. 97, 11. Justis iterum orietur*

orientur sol latitiae. Jes. 26, 20: In cubiculum popule mi, admodicum. c. 54, 7. Ich habe dich einen kleinen Augenblick verlassen / Aber &c: Jer. 31, 16. Deline a lacrymis, eripieris &c; v. 25. Ich wil die müden Seelen quicken, &c. Amos 3,, 2. Jer. 30, 7. Nec essitas magna est, & non similis ei, Nihilominus ex ea liberabitur &c: Hæc est formula consolandi afflictum sive mœstum, per concessionem, ut. Luge, sed modicè Sir. 38, 16. Regius I, 5. c. 16. ubi de concione funebri agit, multa ejusmodi exempla adduxit, solandi alios tūm eorum qui indecorè, tūm aliorum qui fortiter se gesserūt. Per Prosopopœjam in adversis. Qualia emblemata multa sunt & insignia. Epistola Hieron. ad populum super obitum Blesillæ. Et ad Heliodorum super obitum Nepotiani. Cyprian: in Serm. de mortalitate.

Plures formulæ, quæ ex Prophetis, Apostolis & Patribus colliguntur, possunt ad has classes referri. Vulgares autem moveendorum affectuum formulæ sunt apud Alstet. in præcognitis pag. 200.

Et seqq. Granat. lib. de 3. de rat.

Conc. c 7.

Q 3

CAPUT

De  
Pathologia Morata.

*Patholo-  
gia mo-  
rata.*

*Naturali  
instinctui  
potissimum  
commit-  
zenda.*

*Propheta-  
rū gestus.*

1. *Pathologia morata*, est ratio exci-  
tandi affectus per mutationem vocis, per  
mores & gestus corporis, sive totius, seu  
aliquorum membrorum.

2. Hoc artificium, de quo Cicero ad  
Herennium, Fabius, Granatenſis lib. 6. Stella  
cap. 32, 33. Regius lib. 7. & 8. capp. ult. &  
alii regulas prolixas tradiderunt, com-  
munis prudentiæ judicio, & naturæ in-  
stinctui maxime committendum est,  
cum videamus, plerosq; hominum pro-  
ratione temperamenti, & virtutis ima-  
ginativæ, faciliiores esse ad imitandum  
aliorum gestus, vel difficiliores.

3. Negari sanè nequit, gestum mate-  
riæ dicendi aptum, in animis auditorium  
multum posse, uti videmus in histrioni-  
bus, comœdiis, præficiis, & id genus mi-  
mis: qui corporis & vultus habitu, in  
re notoriè ludicrâ spectatores suos ni-  
hilominus, ad gaudia, risus, compassio-  
nem, lacrymas, iram, indignationem, &  
affectus alios commovent, sola vocis &  
gestu.

gestuum cōmpositione. Ne hoc quidem negari, prophetas olim, tūm vocis, tūm habitūs mutatione, in concionibus suis, ad commovendos auditores usos esse, Jesaias, Jeremias, Prophetæ, & Sacerdotes alii flebant inter Concionandum, quando futuram cladem prædicebant, tanquam lacrymis deplorādam, *Jes. 22, 4, 12.* *Jer. 9, 1, 10.* *Joel 2, 17* &c. utebantur gestibus vehementer plangentium, percusione femoris, laceratione vestium &c. *Jer. 31, 19.* *Jos. 7, 6. 2. Sam. 1, 11.* Et Deus ipse non solum ejusmodi gestus repræsentativos, ad commovendos auditorum animos olim præscripsit, ut *Jeremij fabricam* & *portationem jugi*, ad præfigurandam captivitatem Babylonicam c. 28, 13. *Ezechiel migrationem* & *effractionem per latera edium*, *lixationem carnium usq; ad rostrem* &c. c. 12. & 24. ad denotādam violētiam fugæ Iudaorum, & inveteratam in peccando pertinaciam. *Michæl consperditionem* vel *stillationem* inter prædicandum, ac si pœnas unā cum minis in populum effunderet, c. 2. 6. & aliis gestus alios: sed ponitur etiam in vitio, si gestu externo affectus internus non demonstretur, *Jer. 36, 24.* Veruntamen, quia etiam Pseudo-

Q. 4

prophæ-

*Pseudo prophetarum uerbi gestibus auditores seduxerunt, Jerem. 28,2,10,11.1.Reg.22,11. &c: & non raro ,juxta illud Horatii: Derisor vero plus laudatore movetur ,modicè ac graviter his gestibus intendum est , qui citra dubium ad τειθρίς αὐθεωπίνης ον. Φίας λόγοις pertinent , quibus ieiie de industria abstinuisse Apostolus protestatur ,1 Cor. 2,4 Quomodo jam olim Prophetæ vaticinati sunt , Christi & Apostolorum non fore illum morem , ut gesticulationibus mimeticis sese ostentent , sed placidè ac graviter veritatem cordibus instillent , Jes. 42,2. E contra , bona pars hypocriteos Pharisaicæ fuisse ostenditur , verborum & gestuum phantasia . Matt. 5,2,5,7,16.c.23,14.&c. Quamobrem ad cynosuram moniti Apostolici hic procedendum est. Omnia probate , quod bonum est tenete ,1. Thess.5, 21. Cumprimis apud Germanos quos constat , obvictus & cœli temperiem Orientalibus illis populis longè tardiores esse ad sumendos animos , sive ad iracundiam , seu ad amorem provocentur; Ac potius risuri essent Monachorum illas complusiones , contractiones corporis , discursationes*

tiones, boatus, & ejulatus, quām ad pī-  
pm affectum inducendi. Chrysost. ho-  
mil. 4. in 2. Tim. 2. ad illud: Verbum Dei  
non est alligatum &c; Lingua, inquit,  
non manu verbum feritur.

In genere autem imitatio vocis &  
gestuum in hominibus levibus, & opifi-  
cibus, ut tonsoribus, fabris ferrariis: &  
helliounum, adulterorum, blasphemant-  
ium, mimeses vitandæ sunt. Granat.  
l. d. 462, 463. monuit. Et Regius lib. 7.  
c. 26 secundum populorum & gentium  
mores, etiam prædicatorum gestus esse  
componendos. Hæc prudentia, ratione  
loci & personarum adhibenda, latet in  
illo Apostolico, l. Cor. 9, 22. omnibus factus  
sum omnia, ut omnes lucifaciam. Non au-  
tem ut Loyola invertit Initio Auditoribus  
quædam dissimulandam esse, & eorum sic attem-  
peranda ingenio ut successivè arcana Papa-  
tus imbibant, quæ initio fuissent averfa-  
turi, si proponerentur. Regulæ societ. Tit.  
De iis, qui in Missionibus versantur, § 15.

4. Inter media vero ciendis affecti-  
bus apta, Moderatio vocis in primis ex-  
cellit. Cujus requisita Quatuor vulgo re-  
censentur: 1. ut sit pura ab omni vicio, tam  
Vocis moe-  
deratio ad  
concitan-  
dos affe-  
ctus.

Q S

natu-  
rus.

nus &c. (4) sine cantillatione. ibid. (5)  
nec celer nec tarda nimis. cap. 24. (6) quoniam  
elevanda: quando deprimenda sit me-  
hus docet Regius cap. 25. quam Grana-  
tensis cap. 20.

*Apta denique vox sit, pro ratione materia  
quam tractamus, Exilis & querula vox  
non est apta concionibus nuptialibus,  
in augurationibus Principum, Comitio-  
rum &c. Nec rursus pomposa & gloria-  
bunda vox apta est concionibus funebri-  
bus, pœnitentialibus, & similibus. Pro-  
inde, juxta naturale iudicium, & quoti-  
diè spectatos hominum mores in his ta-  
libus, etiam in concionibus vox mutan-  
da est. Quæ laudamus, aut admiramus,  
solemus in sermone cæduo, voce sono-  
râ, tardâ & sublimi proferre. Quando  
indignamur, solemus verba cum impetu-  
& festinatione protrudere. Quando ro-  
gamus quempiam, blande, submissè ac  
comptè hominem alloqui. Quando læ-  
tamur, plenè, magnificè, hilariter & cla-  
rè dicere: Quidni, pro concione idem  
discrimen servandum fuerit? Ita Deus  
in Genere Epanorthotico seu correcto-  
rio flagitorum dicitur: Brüllen wie ein*

Löw

naturali, tam adscitio; 2: ut sit dilucida,  
elara & articulata. 3: ut sit, juxta idioti-  
sum suum, ornata, non qualis inter lixas  
& calones, rusticos aut vespillones audi-  
tur. 4: ut sit apta, videlicet persona dicentis,  
pro magnificentia quam posset, vel humili-  
ejus, qui dicitur. Aptæ etiam personæ audi-  
toris Quanquam enim sine respectu per-  
sonarum, eadem divina veritas omni-  
bus pariter inculcanda sit, interest tan-  
tem, Neophytis dicatur, an adultis in  
Christianâ fide, non solùm, quantum ad  
materiem, sed etiam quantum ad for-  
mam dicendi. Inter est, Principi dicatur,  
an promiscuæ multitudini. Quomodo

Apostolus aliis gestibus & verbis Agripe-  
pam Regem, Festum, Felicem &c. aliis ple-  
bem Atheniensium alloquebatur Act.24, 10.  
c. 26, 2. 25, 27. c. 17, 22. seq. Eadem Requisita  
tradunt scriptores Pontificii, ut nempe  
(1) Vocis habitus & pronunciatio sit emen-  
data: Regius 21. lib. 8. Granat. lib. 5. cap. 17. &  
18. & 20. (2) Ornata & apta quoad verba  
cap. 22. (3) familiaris, sine evocato rati-  
nova & insolenti, cap. 23. qualem affe-  
ctant Herbergerus, Meifartus, Stegman-  
nus &c.

Edw über den Raub/ Amos 3. Hiskias  
grotans ad mortem, cuius acceperat nū-  
cium, dicitur girren wie die Tauben/  
seln/wie ein Kranich/Jes.38. Israelitæ dicū-  
tuc, weinen/ flagen/ wie eine Gebärerin/  
Jes. 52. Vide Gran. l.6. c.3.4. p.431. 435. 438.

*Vocis mo-  
deratio  
pro diver-  
sis Concio-  
nis parti-  
bus.*

5. Pro diversitate partium concionis,  
hoc in primis caveat Cōcionator, ne sub  
introitū aut in exordio, quadrigis inve-  
hatur, & proiectiore oratione macerare  
se aut titubare cogatur; id quod plerisque  
videmus accidere. Praterquam enim  
quod per se indignum est, sacram ora-  
tionem cum fastu, aut passo rictu ordiri,  
quomodo Agyrtæ suos spectatores com-  
plodunt. Tum verò auditoribus ingra-  
tum; quos fingere oportet, ac si nobis ob-  
loquantur: *Quid proferes dignum tanto  
promissor biatu?* Orationis torrentem  
sensim accrescere, ac finire magnificè &  
graviter, & decentius est, & divinitati  
cuidam proprius Jes. 28. ult. Propositionem  
verbis lentis, claris, & perspicuis, & pro-  
nunciatione sonorâ efferre convenit.  
Vox confirmationi conveniens, pro ra-  
tione materiæ varianda est; Narratio so-  
num simplicem postulat, nisi verba &  
gestus.

gestus aliorum referamus, quid sic exprimendi sunt, ut personam, de qua loquuntur, repræsentemus. *Demonstratio* in genere Didascalico; fit verbis æqualibus & moderatis; in genere Elenctico verbis agilioribus & acrioribus, seu vocē concitatiore. In Paideutico & Epanorthotico, verbis gravioribus & severioribus, interjectis nonnunquam blandis vocibus, ac si obsecremus Auditorem, per salutem suam, ut 2. Cor. 5, 20. Quomodo ad consolandum figuranda vox sit, Natura ipsa docet, & pluribus Granat. pag. 451. lib. V. I. cap. 5. & 6. Etiam raucedo caven-  
da est nimis vehementibus ab initio ser-  
monis, ne defatigentur ante finem.

6. In oratione omni cavenda est Monotonia, quam Græci vocant, seu unisonus, quo Auditoribus tedium ac torpor aliquis inducitur, sive continuus clamor, seu continuum murmur, seu querula vox sit, cui inhæremus: Granat. cap. 4. & 7. lib 6 pag 445. 457. contra clamantes Regius 375 lib. 8. cap. 25. Sed quando Amplificatione utimur, etiam vox amplianda est: ut: Atq; ut hinc meas se ex-  
plicer oratio &c.

Quan-

Quando sententiam recitamus, si lepida  
sit, exorrecta fronte & sibilante quasi  
voce proferenda est: per mimesin vocis  
tali affectui competentis ut Jerem. XI, 15:  
Quid agunt sanctoli mei in domo mea?  
Was haben meine Freunde in meinem Hause  
zu schaffen? Si gravis & acerba, lente &  
meditato quasi, ut: O wie bald werden er-  
wachen/ die dich beissen! Habac. 2, 7. Si do-  
lorem exaggeremus, voce lentâ & que-  
rulâ utendum, ut Jerem. 4, 19. Wie ist mit  
so herslich weh/ daß Herz pochet mir inn' Leid  
bei/ vnd habe keine ruhe/ &c. Jer. 10, 19. Ad  
meines Jammers vnd Herzleyns/ c. 6, 26:  
O Tochter meines Volks/ zeuch Säcke  
an/ &c. iterum: Da sprach ich: Nun bin  
ich gar dahin! Thren. 3, 54. Si lættiam: o-  
culis & ore apertis, & magnifico oratio-  
nis genere incedendum, Piat. 118. Das ist  
der Tag/ den der Herr gemacht hat! Jes. 66.  
Frewet euch mit Jerusalem/ alle die ihr über  
sie getrauret habet/ &c. Si admiramur rem  
stupendam? voce quasi submilsâ & in-  
terceptâ, quam pudor sit inaudiri à  
multis, ut Ezech. 36, 20. Ist das Gottes  
Volck? Denique quod supra etiam atti-  
gimus: Caveadum in genere Epanor-  
thotis.

thotico, quando aliorum vicia descri-  
bimus, ne repræsentemus gestus aut vo-  
ces turpes. ut ebriosorum: Iuch holla!  
aut meretricum &c. Sed in genere di-  
cendum: Wie die N. & N, es pfiegen zu  
treiben/ ist leider mehr denn zu viel bewusst/  
Regius 379. Granat. 463. atque ita dein-  
ceps.

7. *De gestibus*, quanquam singulis par-  
ratio præscribi nequeat, nec enim omni-  
bus, tūm ob staturam, tūm ob vultūs dif-  
ferentiam, gestus pariter conveniunt; 7. *Gestus*  
Universim tamen dicendo: mansueti &  
compositi totius corporis gestus Con-  
cionatorem Evangelicum maximè or-  
nant. *Corpus* in suggestu erectum, pau-  
lum ad marginem inclinatum, capitis  
motus lenis & tardus, non vagabundus:  
*Vultus* constans serenitas: nisi interve-  
niat in Elenctico genere, aut epanor-  
thotico indignandi quædam occasio,  
quando corrugâda nonunquam frons,  
& oculi ad torvitatem formandi sunt.  
De cætero oculorum motum oportet esse  
demissum, modestum, & intentum, *Oculo-*  
non somnolentum, qualem laudant Hi-  
spani: viros dormidos, nec fastuosum &  
subli-

Oris.

sublimem; nec volantem. *Oris* figuram rotundam, non passam, nisi in vehementi exclamatione. Lambere, & mordere inter dicendum; turpe esse quilibet facile videt. *Manuum* & brachiorum motus totam scenam faciunt; de quo *Fabius* dicto loco: *Manus*, sine quibus truncæ esset actio & debilis, dici vix potest, quot motus habeant? Nam ceteræ partes loquentem adjuvant, bæ ipse loquuntur. An non his poscimus? pollicemur? vocamus? dimittimus? minamur? supplicamus, abominamur? timemus? (scilicet per trepidationem & attractionem, ad corpus:) interrogamus, negamus, gaudium, tristitiam, dubitationem, confessionem, pœnitentiam, modum, copiam, numerum, tempus ostendimus? Nonne eadem concitant? inbibent? supplicant? probant? admirantur? verecundantur? &c. Delectus tamen habendus est, ne, cum aliquid in terra factum aut futurum designamus, digitum in cœlum intendamus; atque ita manu solœcismum committamus. *Digiti indicis* porrectio in admiratione solet adhiberi, ejus pro-

Digitii in-  
dicis.

Projectio autem ponderatio in comminatione. Brachiorum autem projectio, non Brachionis nisi in violentia dimissione, vel repulsa: rum, ut si quis illud Christi usurpet, Matth. 25, 41. Recedite à me maledicti &c. Remissio autem brachiorum, desperationem figurat, ut si quis illud Threnorum reciteret: periret vis mea, cap. 3, 18, 54. Pectoris Pectoris iunctio, non nisi in vehementi asseveratione, aut contestatione propriæ conscientiæ sollet usurpari. Manuum complatio, & pedum plausus Ezechieli mandabatur, ad acerbitatem pœnæ, & turpitudinem delicti describendam, cap. 6, II. Verum hunc gestum non facile cuiquam imitandum suaserim; Multò minus, ut Monachorum more, nunc subsiliat inter dicendum, nunc abscondatur pulpite, ad urinantium instar, vel suggesti marginem ut frequenter percutiat, aut alium quendam cum histrionibus communem gestum usurpet, quo prædicationis dignitas elevatur. De gestibus prolixius & per totum pæne librum VI. egit Granatensis pareius & gravius Carol. Reg. lib. VIII. (1.) Quoad totū habitū corporis (non deponat pallium. Regius 379. Granat. lib. 5, cap. 6, 7.

(2.) Sedeat tanquam Doctor, non deambulet neq; discurrat in pulpito. Reg. lib. 8. cap. 23. & 26. (3.) Oculi non claudantur, sed quasi singulos velit pervidere, figantur. Gran. 454. (4.) Cervix erecta sit modice, non tigidè nec supinè. 455. 464. (5.) Manus viciae, 1. clata, supina & aperta palma. 2. Semper contracta. 3. incurva veluti cipientis aquam haurire, 4 pollice àverso demonstrare soleo, quæ retrò aut postergum fiunt, vel facta sunt. Granat. lib. 6. cap. 7. 461. (6.) Humeri jactatio & contractio turpis. Granat. 462. atque ex Fabia plura ejus vicia Granat. 461. (7.) Brachiorum terminus a quo, & ad quem, ab oculis usque ad pectus. Granat. 461. (8.) Suggestum ferite manibus, ineptum. 462. (8.) Femur percutere aut ferire ap. Germanos insuetum. Orientalibus solenne, idem pag. 462. Quibus præmisit utilia documenta, De imitandi cautela, & naturæ prevalenia. Granat. p. 460.

*Capitis te  
ctio & de  
tectio.*

8. Ad hos gestus Stella cap. 33. addit; ut propter reverentiam, Concionator caput contegat, ita tamen, ut, si aliquando gravissimum quoddam vi-

tium

lum increpēt, quasi exæstuans ob indignitatem sceleris, illud denudet, ad fervorem spiritus demonstrandum. Vel: si inter increpandum, ad Deum provocet: Sanctissime DEUS! quod purissimi oculi tui tantum scelus tamdiu inultum videre potuerunt? ut hæc provocatio, detecto capite, & oculis in cœlum elevatis fiat Cujusmodi gestus, cuiusvis iudicio, (quod ex imitatione probatissimorum Concionatorum formatur, & confirmatur) relinquendi sunt. Ars enim naturam imitatur, natura arte juvat. Pietas autem, & divini Numinis fedula invocatio punctum omne & ponunt, & tol-

lunt.

¶ ανωτερφ καλλισ.

Εγένετο ημέρα

R. Summa

**SUMMA CAPITUM.** 261

dantibus, ad conciones informandas  
utendum sit? p. 57. seq.

**CAP. VI.** De formâ concionis assistente,  
seu externâ, quotplex sit? pag. 62,  
Ubi primum de formâ Technolo-  
gicâ, quâ distribuitur Concio sacra  
incertas partes. Exponitur ratio  
primæ partis, seu Exordii, quotu-  
plex hoc sit, ex quibus locis duca-  
tur, pro diversitate thematis? pag.  
78. seq.

**CAP. VII.** De propositione Concionis.  
pag. 127. seq.

**CAP. HX.** De partitione Concionis, quo-  
tuplex sit, & quomodo instituenda?  
pag. 98. seqq: Ubi simul de pio vo-  
to, ante confirmationem adhiberi  
solito. pag. 131. seq.

**CAP. IX.** De Confirmatione, ejus parti-  
bus, & mediis probandi, ac dedu-  
cendi p. 109, seqq. De usu concio-  
nis Dogmatico, & Morali; Deniq;  
de Epilogo. p. 142. seq.

**CAP. X.** De connectendi formulis, Ex-  
ordium cum Propositione, pro di-  
versitate thematis, seu Generis di-  
cendi. Formulis connexionis, in  
doctrinâ, increpatione, consolatio-  
ne, &c. p. 129. 169. seq.

# Summa Capitum hoc Li- bello contentorum.

**I**N prolegomenis agitur de naturâ Concionis, & materiæ divisione, tunc  
quotuplex sit ejus forma. pag. 1. seq.

**CAP. I.** De formâ informante Concio-  
nis Communi, & quibus mediis eâ  
constituatur, videlicet, ex Analyseis  
Grammaticâ, Logicâ, & Rhetori-  
câ, pag. 6. seq.

**CAP. II.** De formâ informante, singulis  
dicendi generibus adæquatâ; ubi  
de V. generibus dicendi: Didascalico;  
Elenctico, Paideutico, Epano-  
thotico, & Consolatorio, deq; sin-  
gulorum speciebus. pag. 19. seq.

**CAP. III.** De argumentis, cuilibet Gene-  
ri dicendi propriis, & unde desu-  
mî ea oporteat? pag. 25. seq.


**CAP. IV.** Quâ formâ plura dicendi gene-  
ra simul tractare oporteat, admis-  
ticulo analyseos Logicæ: & Gram-  
maticæ? Et, quâ ratione, unum di-  
cendigenus ex alio deduci possit?  
pag. 30. seq.

**CAP. V.** Quâ ratione secundū ista V. di-  
cendi genera, Loci Theologici Pra-  
ctici, ad conciones informari pos-  
sat? item; Quâ ratione Concor-  
dantiis,

**CAP. XI.** De Pathologiâ seu ratione mor-  
vorum affectuum. Ac primùm  
de Pathologiâ reali, quibus rebus  
homines ad amorem, odium, metū  
compassionem, pudorem inducan-  
tur ? p. 194. 159. seq. Deinde de Patho-  
logiâ Verbali, seu tropis & figuris  
quæ, in quo dicendi Genere adhi-  
bendæ sint ? p. 218. seq.

**CAP. XII.** Recensentur exempla Patho-  
logiæ Verbalis, pro diversis dicendi  
Generibus, ut formulæ narrandi,  
excipiendi, asseverandi, communi-  
candi, commendandi. Adhortan-  
di, suadendi, optandi, petendi, ad-  
jurandi, accusandi, conquerendi de  
rebus variis, Cōminandi, Terren-  
di, Corrigendi, Dehortandi, Male-  
dicendi, Increpandi, Devovendi,  
Confidendi, Exprobrandi, Do-  
lendi, Consolandi, Condolendi,  
Commiserandi, promittendi. pag.  
223. seqq.

**CAP. XIII.** De Pathologiâ moratâ, seu de  
figura vocis, de gestu corporis, tūm  
singulorum membrorum, pag.  
246. seqq.



## METHODUS STUDII THEOLOGICI.

V. Præ-

**I**N futuro Thologiæ Studioſo V. præ- quisita  
requiruntur;  
Studioſi  
Theo

1. Finis intentio, 2. naturalis Indu- I. Finis in-  
ſtria, 3. instrumentorum cognitio, 4. Pie tentio.  
tas, 5. Modestia singularis.

I. Intentio finis, quem vel ipse, vel  
ii, qui cum ad studia adhibent, cogi-  
tent assequi. Quia enim omnis de Sciendi  
D E O & Divinis acquisita notitia, profe-  
quæ ad usum transferri debet, Theo-  
logia dicitur. Usus verò ille sive  
proprii judicii informatio est, sive alio-  
rum institutio: quæ rursus gemina est,  
sive catechetisatio rudiorum in com-  
munibus Christianæ pietatis principiis;  
quales Catechetæ vulgus illud Concio- pro aliis  
natorum sunt; sive corroboratio fir-  
miorum in capitibus doctrinæ Christia-  
næ non solum pernoscendis, sed contra docendis,  
adversarios quoq; ex S. Scripturâ, Patrum vel popula-  
consensu, & ratione defendendis est.  
Professorum sacræ Theologiæ opera est;

264     *METHODUS STUDII*  
inde fit, ut futuro Theologiæ Studioso;  
scopus maturè eligendus sit, utrum velit  
ad suam, tantum informationem res  
Theologicas pernoscere, (quod non de-  
cet,) oportet enim talento gratiæ cum  
aliis negotiari. *Matt.* 23, 26, 27. An velit  
Christianum populum rudimenta fidei  
& pietatis docere, atq; in eo consistere,  
quod est opus bonum ac pium, *i. Tim.* 3, 1.  
*Jacob.* 5, 20. An vero cogitet, non hanc  
solùm facultatem sibi comparare, sed  
eam præterea quæ omnia, circa fidem  
Christianam controversa, solennes ad-  
versariorum strophas, earum autores, &  
progressus in Ecclesia, solutiones à Pa-  
tribus, & aliis Doctoribus adhibitas,  
consilia, hi in Ecclesia & Republ. ob-  
viandi, &c. non solùm calleat, sed alios  
quoque methodicè & evidenter docere  
possit. Quanquam enim Christianio-  
nes jussi simus ea sectari dona, quæ  
optima sunt, *Cor.* 21, ult. Quia tamen  
neque ætas, neque intelligentia natura-  
lis, neque sumtus hoc seculo necessa-  
rii, neque tandem mensura illa gratiæ,  
quam Spiritus S. unicuiq; admetitur,  
admittunt, ut omnes siamus Doctores,  
Prophetæ, linguarum periti, &c. *ibidens*  
v. 29.

*vel Systematicæ.*

*Nō omnes  
eundem fi-  
xum pos-  
sunt assé-  
qui.*

v. 29. 30. Idcirco plurimum interest, ut futura ad  
 sive parentes, sive ipse futurus sublimio- studia fa-  
 ris Theologiæ Studiosus, si ætas adsit, su- cultates  
 per his requisitis se suosq; explorent, explorare  
 an eorum semina apud se comperian- quis possit  
 tur? Quod fit, per analogicum in cæ-  
 teris rebus judicium, num in iis pietas  
 tem, num industria, num modestiam,  
 sed utilitatem, &c; exerceat, ne c præterea  
 sive ætate, sive necessariis studiorum  
 præsidiis destituatur? Horum omnium  
 antè computandi sunt calculi, ne post-  
 quam posuerit fundamentum, & non  
 potuerit perficere, omnes qui vident,  
 incipient illudere ei, dicentes: *Quia hic*  
*bomo caput adificare, & non potuit consumma-*  
*mare Lue. 14, 29, 30.*

2. Statuto jam certo studii fine, quan- *Media*  
 quam ad utrumq; finem obtinendum, *Doctore*  
 naturalis Industria, pietas, modestia, populari-  
 gratia. Spiritus S. requiratur: in mediis *necessaria*,  
 tamen informationis, eorumq; necessi-  
 tate magna diversus est. Futuro enim  
 apud Christianam plebem concionato-  
 ri, Linguarum peregrinarum scientia,  
 notitia Artium disputandi, arguendi,  
 confundendi, &c. polemicarum ex Pa-

tribus & Scholasticis disputationum, singularum hæreticorum fraudū, & multa alia absolute necessaria non sunt, sed tantum utilia, & ornamenta quædam, si adsint. Vel saltem aliquibus necessaria, qui sive inter hæreticos vivunt, aut quibus à vicinis periculum est. Pastori autem Pagano aut Oppidano, in Ecclesiâ pacata, & ab hæreticorum vicinia satis remota. Præcipuum studium pónendum est, in capitib[us] Catechismi quoad thesin, & directam antithesin, tūm ediscendis, tūm in vernaculâ lingua evidenter docendis, in exaggerandâ Virtutum pulchritudine, necessitate &c: vitiorum deformitate & damno, atque ad habitum in isto studio acquirendum, frequens concionandi, & conciones alias tūm legendi tūm audiendi provincia, ipsi quasi propria erit. Doctori vero Theologo hic finis non Proximus, sed subordinatus est, neque solitarius, sed coincidens: quamobrem instrumenta, seu media ad utrumque finem tendentia diversissima sunt.

*Doctori  
publico ne-  
cessaria-  
qua?*

1. *Natura-* 3. In futuro tali Theologo requiritur  
lis indust. II. Naturalis industria & aptitudo ad stu-  
dij apt. ad diuinam. Nec enim iij, quos sive natura, sive  
industria, educa-

educatio, stupidos & indolatiles fecit,  
ad profundissima Theologiaz studia adi-  
gendi sunt. Quomodo nemo olim tam  
stupidus credebatur ; qui Canonis Missæ  
lectionem non posset discere, atq; ita Sa-  
crificulus fieri, in quo non requirebatur,  
nisi facultas legendi Latinè, ut facile  
pater ex Concilio Tridentino sib. 23. De-  
creto reform. cap. i. & ipsis librorum  
Missalium editionibus, in quibus sin-  
gula verba accentibus notata sunt ;  
quæ syllaba producenda, quæ corri-  
pienda sit, ut legere, docere, &c. ne  
videlicet Sacrificuli pronuncient legè-  
re, dòcere, &c. Verùm, quomodo  
Nebucadnezar ad discendas Chaldæo-  
num literas pueros ingenio quam sele-  
ctissimo præditos conquiri jubeat.,  
Dan. i. 4 : ita ad hoc augustum studium  
ingenia non solùm quoad apprehensio-  
nem quam exquisitissima, sed etiam  
quoad sedulitatem talia feligenda sunt,  
eum alias absq; sedulitate felicitas in-  
genii plerumq; in proterviam & teme-  
ritatem degeneret. Contrarium, eti-  
mis Vulgare Cacoethes, quod ad  
Theologiaz studia quasi damnatur, qui  
ad mercaturam aut mechanicas operas

vel etiam Reip. negotia non satis arguti apparent, graphice peritrixit B. Lutherus paulò ante obitum, in scripto de Origine Papatus à Diabolo. Tom. VIII. Jen. Germ. fol. 240. Et in Epistola ad Capitaneum. Witteberg. An. 1529. Tom. 4<sup>o</sup> fol. 463.

*III. Instru-* 4. Prærequisitur III. in futuro tali-  
*mentorum* Doctore Linguarum: Vernaculæ Latinae  
*notitia*, 1. Græcæ, Hebraicæ, atque humanarum artium  
*Lingua-* non vulgaris sed exquisita, & magistralis no-  
*rum*; Ver- titia. Vernaculæ: ut possit populum evi-  
*naculæ,* denter & perspicuè docere. Latina: ut  
*Latinæ,* probos autores, quales sunt, Lactantius,  
*&c.* Tertullianus, Arnobius, Cyprianus, Hiero-  
nymus, Ambrosius, Augustinus, Gre-  
gorius, Prosper, &c. penitus possit intel-  
ligere, nec in apprehensione primarum  
& secundarum Notionum se cogatu-  
macerare; Imprimis autem ut Scholastie-  
corum terminos, Lombardi, Thomæ  
Scoti, Bonaventuræ, Cajetani, &c. qui  
non solum solœcè, sed de industria quo-  
que tam obscurè scripserunt, ut à doctis  
difficilime etiam intelligantur, aequi-  
possit: maximè verò, ut ea quæ ipse La-  
tino idiomate scripturus est, possit, pro-  
priis, & significantibus verbis proferre,  
*acc.*

nec verborum, quam conceptum majori penuria labore. *Græce*, ut N. Testamento idiotismos & loquendi phrasem, quam exactissime calleat. Nunc imprimis, quando Papistæ per corruptelas Versionis vulgaræ, & hæretici fictâ proprietate sermonis, Græcam veritatem eludere laborant; prisorum quoq; Conciliorum & Græcorum Patrum, Ignatii, Clementis, Basilii, utriusque Gregorii, Chrysostomi, & reliquorum dicta corruptunt, quæ ex sua sede investigandi & dijudicandi facultas in Theologo omnino necessaria est. *Hebreæ Lingua Hebreæ*, Notitia necessaria est propter originem V. Testamenti, sed ea non requiritur, tam exacta, quam reliquorum adiomaticum; Verum sufficit, si quis Lexicis & Concordantiis commode uti possit, & sola Grammatices cognitione instructus accedat. Quia probationis principium, ex quo item omnem de constructione & significatione vocum, decidere oportet, unum tantum est, Vet. nempè Testamentum, cujusvoces & connexiones ex Concordantiis Hebraicis investigare non est difficile ei, qui vocum flexiones & derivationes saltē calleat. Quicquid

quid Rabbinorum vel quispiam aliis senserit, Illustrationi servit, non probationi litis. Rabini autem præsumtione corruptæ veritatis, vel saltem immissæ divinæ excæcationis laborant, nisi, quod absit, falsum dixit Apostolus 2. Corith. 3, 15. Quapropter illorum interpretationem, communiter falsam non veram esse, præsumitur. In cæteris verbis linguis, hoc est, Latinâ & Græcâ, quia ex aliis, quoque auctoribus exemplorum inductio admittenda est, prolixior scienzia requiritur. DEUS enim cum largietur donum linguarum in Novo Testamento, Actor. 2. omnium aliarum linguarum facultatem distribuit. sola exceptæ Ebrææ: Ebræi enim erant subiectum recipiens illius doni. Erant omnes Galilæi v. 7.

## *2. Artium humaniorum.*

*Artium humaniorum, præsertim Logice, Metaphysicæ & Rhetoricae scientia ad id necessaria est, ut ad substdium memoriarum, tunc sibi, tunc auditib; comparandum, calleat futurus Theologus, quæ legerit, aut dicturus est, methodicè digerere, accurate concludere, probabilia à necessariis, heterogeneas*

rogenea à competenteribus, generalia à specialibus discernere: quæque meditatus est, ordine & eleganter proponeare, aliisq; persuadere.

*Artium reliquarum, Matheseos, Physicæ, Ethicæ, Musicæ, &c: notitia,*  
 quia directam rationem instrumenti non habet, sed quasi subsidiariam tantum magis ornamento, quam fulcimento est, Harum omnium addiscendi modum non credimus, sed in Scholis inferioribus traditum & edendum prærequirimus. Id saltem monemus; In addiscendis istis disciplinis, hoc curandum etiam futuro Theologo, ut ea ex iis eligat, quæ ad praxin accommodet, non, quæ ad ipsarum disciplinarum lites & controversias decidendas fœcunda videntur, id est, solum discat ex Logicis bene concludere. Ex Metaphysicis, rectè subordinare, & distinguere. Ex Rheticis, aptè disponere & eleganter pronunciare,

5. Necessaria est ante omnia in futuro Thologo.

IV.

Pietas.

IV. Pietas erga DÉUM & proximum.  
 1. Tim. 4, 7. 8. Hæc enim fundamentum,  
 cui tota structura imponenda est. Si quis  
 voluerit facere voluntatem patris mei, is co-  
 gnoscet de doctrina mea, an sit ex Deo, Joh.  
 7, 17. 1. Joh. 2, 3. Sirac. 32. 20, &c. Nec enim  
 putandum, sacram Theologiam esse tan-  
 tum mentis habitum, seu apprehensio-  
 nem rerum scibilium, qualem Diaboli  
 habent; sed esse habitum practicum, qui  
 debeat à sciente ad suæ & aliarum ani-  
 marum emolumentum adhiberi. Ejus-  
 modi non ingreditur animam malignam, &  
 corpus peccato subjectum. Sap. 1, 4. Sacra  
 tractaturos oportet corde & corpore à  
 forde peccatorum contra conscientiam  
 ablutos esse. Exod. 40, 12, 31. 32. Est enim  
 ignis verbum Dei. Jerem. 23 29. consu-  
 mens eos, qui peregrino cupiditatum  
 igne æstuantes accedunt. Lev. 10. 1. 21  
 atque ejusmodi tintianabula, aliis, non  
 sibi ipsis sonantia, i. Cor. 13, i. jam olim  
 Deo maledicta sunt. Ps. 50, 16 seqq.

6. Deniq; in futuro Theologo maxi-  
 moperè necessaria est V. Modestia, cum  
 tolerandi adversa patienter, tūm con-  
 donandi aliis injurias. Christianis omnia-  
 bus, sed futuris Ecclesiæ Doctoribus im-  
 primis

primis dictum est, si quis vult discipulus  
meus esse, tollat crucem suam, Matth. 10, 38.  
Luc. 14, 26. seqq. in mundo habebitis affli-  
ctionem, Joh. 16, 33. Ergo aliis man-  
suetudo & modestia non minus neces-  
saria est, tūm propter majorem ædifi-  
cationem, 2. Corin. 5. 11, tūm propter  
evitandum scandalum, quod non potest  
non oriri, si quis suis jactandi, osten-  
tandi, offensas vindicandi, &c: affecti-  
bus indulserit. Ista omnia ut homi-  
nem DEI planè deducentia, averrun-  
canda sunt, quia faciunt eum ineptum  
ad divina servitia, ex instructione Apo-  
stolica, 1. Timoth. 3. vers. 2. 3. cap. 6. vers.  
11. Tit. 1, 7. quæ requirit in Episco-  
pis, temperantiam, mansuetudinem,  
continentiam, castitatem & vitam in-  
culpatam, jubet exesse vero ebrieta-  
tem, pugnarum desiderium, rixosita-  
tem, jactantiam, &c. tanquam incom-  
patibilia cum officio futuri cujusdam  
Timothei aut Titi, 2. Timoth. 2, 24. 25.  
cap. 4, 5. Tit. 2. 7. Et demonstratio se-  
ductorem potius quam Doctorem,  
2. Timoth. 3, 2. seq. 2. Petr. 3, 10. 3. Joh. 1.  
vers. 9.

*Ingredientia studium Theolo-  
gicum.*

*Ingredi-  
entia Stu-  
dii Theo-  
logicum.*

Hoc iacto fundamento, augustissimum illud sacræ Theologiæ ædificium postea superstrui potest, quod ingrediantur, quamquam plura, hæc tamen potissimum: 1. *Oratio*, 2. *Lectio*, 3. *Scrip-  
tio*, 4. *Disputatio*.

*I. DE ORATIONE*

*Oratio  
quid?*

1. Per Orationem intelligo elevationem tūm mentis, tūm labiorum ad D E U M, ad eum sive deprecandum pro malis commissis, aut omissis bonis, sive postulandum pro conferendis beneficiis, sive orandum per contemplationem beneficiorum ejus, nostræ indignitatis, &c: sive ad gratias ei agendas pro bonis acceptis, quæ species orationis recensentur. 1. *Timoth. 2, 1, 2.* *Philip. 4, 6.* Et Sive ad conjungenda una orationem hæc singula, quomodo Psalmi Davidici singuli ferme deprecationem, postulationem, meditationem, gratiarum actionem comprehendunt.

2. *Huc*

2. Hujus orationis tūm utilitas, tūm Ejus Necesitas ad Studium Theologicum, cēsitas & evidentior est, quām ut probatione in utilitas dīgeat. *Nihil habetis, quia non precamini*, est in Epist. Jacobi cap. 4, 2. *Si quis indiger Sapientia, oret, cap. 1, 5.* **DEUS** dat Spiritum Sanctum orantibus se, Luc. 11, 13. Cūm orarent Apostoli, cecidit Spiritus Sanctus in auditores, Actor. 8, 15, Oranti Salomoni data est sapientia, 1. Reg. 3, 10. seqq. Petenti Elise duplicabatur Spiritus Eliæ, 2. Reg. 2, 9. 10. & sine oratione in hoc studio nemo proficit ad pietatem, sed delabitur ad quæstiones inuitiles, ex quibus impietas & atheismus nascitur, 2. Tim. 2, 14, 23.

3. Neque ejusmodi labor oratio est, qui studium Theologicum non sit. Non solum enim mentem alligat, & quasi circulis quibusdam piæ intentionis constringit, ne profanis desideriis imbuatur; sed per se quām propriè & proximè mentem informat, meditatio-ne earum rerum, quæ petuntur, & a quo petuntur. Nec enim potest quisquam v. gr. Psalmum Davidis 119. oratione recensere, sine informatione quadam mentis, de similitudinibus Verbi

*Oratio est ipsum stū diū Theo logicum.*

276      *METHODUS STUDI*  
divini, quod auro Obrizo, melli, favo  
&c: comparetur, quod sit credendorum  
& faciendorum regula, instruens viam  
adolescentum, sapientiorem Doctoris  
reddens, & de quibus præterea  
Psalmi illius materia Lectorem commo-  
nefacit, orantem verò vehementius affi-  
cit. Proinde non hic solùm affectus  
ad pietatem inclinat, & studii Theolo-  
gici quasi praxis est, sed quod præterea,  
etiam ratione materiæ mentem infor-  
mat, quomodo experimur quotidie: Sz-  
pissimè quædam à nobis animadverti in  
materia orationis, quæ alias cogitatione  
præteriissemus; Adeò; si quicquam aliud  
tenet formam studii Theologici, oratio  
imprimis eam tenet, non solùm, quâ pie-  
tatis praxis est, sed etiam, quâ per recor-  
dationem verborum, ex S. Scriptura  
mutuatorum, mentem & intellectum  
divinis rebus informat, ut non solùm  
orando nos loquamur cum DEO, sed  
etiam Deus nobiscum, quando oratio-  
nis materiem ex Verbo suo nobis sup-  
peditat. *Augustin. in Psalm. 85.*

*Tempus orandi in definitum.* 4. Tempus orandi Apostolus vult  
esse indefinitum, *Roman. 12, 12, Ephes. 6,*  
*18, 1, Thess. 5, v. 17.* Ac decet quidem Chri-  
stianum

stianum quemvis diu, noctu, manè, ve-  
spere, quandounque vacat, resolvi in  
preces Studiosum verò Theologiae o-  
portet non hoc solùm cum Christianis  
aliis commune habere, sed istud pe-  
culiare; quod aggressus studia, pro fe-  
lici eorum successu; vacaturus à stu-  
diis, pro felici recordatione & usu; imò  
verò inter ipsa studia, sàpè in suspi-  
ria resolvatur, pro sensùs difficultis eno- Statum  
datiōne, aut languoris, qui frequen-  
ter suboritur, refocillatione, ex Psalm.  
104, 30. Emitte, Domine Spiritum tuum,  
& recreabuntur vires meæ, & renovabis  
faciem terræ. Vel: Emitte lucem tuam  
DELI S, & veritatem tuam, ipsa me dedu-  
cante, & adducant in montem sanctum  
tuum, & in tabernacula tua, ex Psalm  
34, 3. &c.

5. Modus orandi privatus iis, qui exer- Modus o-  
citatos in sacris se habent, Hebr 5. v. ult. randi pri-  
pæscribi non debet. Optima enim vatim, fe-  
precandi ratio est, quam pro instantium licius ca-  
necessitate, hic & nunc Spiritus S. ex pèsitut ex  
Verbo DEI homini fidi in memoriam necessitate,  
revocat, aut indit, qui solus est magister presenti.  
docens rectè orate, Rom. 8. 26. Et solet

torpor in- recitationi consuetarum precandi fore  
 recitatione mularum, præsertim si memoriter reci-  
 consueta- tentur, aliquis torpor adhærere, qui for-  
 rumpre- mationi ex tempore, ideo, quod hæc at-  
 candi for- tentionem & devotionem majorem re-  
 mularum. quirit, adhærere tantâ facilitate non  
*Ante stu-* potest. Si quis tamen statam precan-  
*dia pre-* di formulam desideret, poterit eâ uti,  
*candi for-* quam Orthodoxi Disputationi Ratis-  
*mula.* bonensi, Anno 1601. soliti suat præ-  
 mittente: *D E U S, qui corda fidelium San-*  
*eti Spiritus tui illustratione, docuisti, da no-*  
*bis in eodem Spiritu recte sapere, & de ejus*  
*consolatione semper gaudere.* Post studia  
*Post stu-* Gloria sit omnipotenti D E O, pro revelatio-  
*dia.* ne Verbi sui, quam mihi credere faciat in-  
 odorem vitæ ac salutis sempiternæ, Amen.  
 Vel eâ, quæ apud Cassaudrum est, in  
 precibus Ecclesiast. fol. 398. opp: *Exci-*  
*ta Domine tuorum corda fidelium, ut sacris*  
*inventis doctrinis, intelligent quæ sequan-*  
*tur, & sequendo fideliter apprehendant,*  
*per Dominum nostrum, &c.* Omnipotens,  
 semperne, & misericors D E U S, cuius  
 Verbum lucerna pedibus nostris, & lu-  
 men semitis nostris, aperi & illumina  
 mentem nostram, ut oracula tua pure  
 & sancte intelligamus, & in id, quod

*Post stu-*  
*dia.*

*Formulæ*  
*alii com-*  
*munes.*

recte intellexerimus, transformentur,  
quod majestati tuae nullâ ex parte disli-  
ceamus, per Dominum nostrum &c. Vel.

Poterit imitari hanc Thomæ Aquina- Imitatio  
tis, apud eundem Cassandrum: O beni- orationis,  
gnissime Pater, Creator ineffabilis, qui ve- quâ Thom.  
rus fons & luminis, & sapientiae, ego indi- Aquinas  
gus peccator tibi supplico devorus, digneris usus est  
effundere super intellectus mei tenebras cla ante stu-  
ritatis tuae radium, & duplism, in qua na- dia.  
ri sumus removere privationem, peccatum  
scilicet & ignorantiam. O clementissime fili,  
fidelis Redemptor, qui linguas infantium fa-  
cis disertas, tu linguam meam erudas, at-  
que labiis meis gratiam tuae benedictionis  
infundas. O Spiritus Sancte DEUS, dator  
munerum, da mibi intelligendi acumen,  
& retinendi capacitem, introspectandi sub-  
tilitatem, addiscendi facultatem, loquendi  
gratiam copiosam, gestum instruas, proces-  
sum dirigas, & egressum compleas, qui cum  
Patre & Filio vivis & regnas, DEUS lau-  
dabilis, gloriosus & benedictus in secula se-  
culorum, Amen!

Vel hanc: Misericors & mitis DEUS, Alia oratio  
qui me inde ab utero in hanc usq; diem ante stu-  
Paternâ manu tuâ clementer duxisti, & dia.

ad laborandum in vineâ tuâ , ad sacra  
tua studia vocare dignatus es , quæ so tei  
per vulnera Domini JESU CHRISTI ,  
in quo omnia nobis promissa veritas &  
amen sunt , velis per claritatem divini  
spiritus tenebras intellectus mei depel-  
lere , & mentem novâ luce informare ,  
ut mysteria verbi tui prudenter tractem ;  
eaque recte , & secundum congruen-  
tiam divini mentis tuæ intelligam , im-  
bibam & tenaciter servem ; velis quo-  
que per gratiam ejusdem Spiritus tui  
pravitatem & repugnantiam voluntatis  
meæ tollere , ut cum solicita devotio-  
ne , abjectione omnium hujus Mundi , &  
carnis desideriorum , sedulò ac diligen-  
ter sacra tua studia curem , amem , libene  
ter in iis perseverem & cum gudio exe-  
quar . Benedic quoque Deus salutis ,  
piis meis conatibus ex alto , ut ad tuæ  
divinæ majestatis honorem , meæ & mul-  
tarum animarum salutem in dies cre-  
scant , nec suo unquam fructu destitu-  
etur ; nevè Diabolus obtentu persecu-  
tionum , exiliorum , opprobrii , aut ege-  
statis , pium mihi propositum formida-  
bile aut despiciatum faciat , vel terricu-  
lamentis suis ab ardore pergendi avo-  
cetū

cer: sed ut per viam angustam fortiter ad te contendam, ita ut neque mors neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo nec altitudo, nec creatura aliqua ab amore & confessione Verbi tui separare me querant, per Iesum Christum, Dominum nostrum Amen!

### *Post Studia.*

Perfice in me, Domine, bonum opus, quod cœpisti, ne gratia tua sit in me vacua, sed ut repletus omni plenitudine DEI, conforter in interiori homine, crescam in agnitione voluntatis tuæ, odio malitiæ, & desiderio pietatis, ut ex te capite, mens & voluntas mea, per nexus & conjunctionem tecum, subministrationem semper sentiat, ac tandem evadam in virum perfectum, tibi placentem: ut, quomodo hic de veritate in veritatem, de virtute in virtutem, illic in cœlo degloria in gloriam tecum causam & mentem, per sacra-tissima vulnera, & resurrectionem tuam, DEUS benedicte in secula. Amen.

Oratio.  
post stu-  
dium.

S S

Omnipotens, sublimis DEUS, qui  
gressus meos dirigis, cognoscis prima &  
r̄ novissima mea, tu scopum omnibus co-  
gitationibus meis præfixisti, & iam o-  
m̄m conclusum habes, quis successus, quæ  
utilitas conatuum meorum futura sit,  
oro te per vulnera & intercessionem  
Domini nostri Iesu Christi, fac, ut ad  
hunc scopum omnis cogitatio & studia  
mea collimantur, ut divini uominis tui  
honor semper abs me, atque unicè in-  
tendatur, veritatis defensio strenue  
suscipiatur, carnis desideria & ambitio  
conculcentur, & tuus unicè honor  
cordi & ori meo fixus stet & maneat.  
Hunc ut feliciter assequar, tu DEUS  
meas, mentes superiorum inclina, a-  
amicorum animos mihi concilia, ut fa-  
vorem eorum experiar, adjumenta sen-  
tiam, & te instrumētis tuis celebre, in  
quia amicus fidus tuæ bonitatis do-  
num est, & cui tu faves, ei quoque ini-  
micos reconcilias, saltem, ut gloria tua  
inde surgat, mea cadat, Ecclesia gaudeat,  
veritas animetur, hostibus terrori fiat,  
p̄c̄nitentiæ eis causam det, & nobiscum

in unum corpus coalescere faciat.  
Hæc ut vitæ & instituti mei summa sit,  
tu, qui omnia potes, clementer effice,  
rogatus per sanguinem Domini nostri  
Iesu Christi, qui tecum & cum Spiritu  
Sancto vivit & regnat, DEUS in secula  
seculorum, Amen!

*II. DE LECTIO N E , EI U S* Lectio Le-  
necessitate, formâ, subjecto, objec-  
tivo, modo, & ordine, tempo-  
re, quantitate. Lectio Ne-  
cessaria

I. Orationi oportet, ut succedat  
*Lectio scriptorum divinorum*. Aposto-  
lorum enim Pentecosten, & visibilem  
spiritus Sancti effusionem non est, quod  
expectemus, postquam linguæ cessa-  
runt, & prophetandi donum evacua-  
tum est, *1. Corintb. 13, 8* Ideò juvenis  
Timotheis jussus est attendere *Lectio n i*,  
*exhortationi*, *Doctrinae*, *1. Timoth. 4, 13*.  
jussus est vigilare & laborare in omni-  
bus, ut vulgata quidem habet versio,  
*2. Tim. 4, 5*.

2. *Lectio n em* verò appellamus hic, *Lectio*,  
non quæ syllabas & voces combinat, ἀναγνω-  
sed quam Græci ἀναγνώσιν seu recogni-  
tionem

tionem, redintelligentiam vocant, commonefactionem, attentionem eorum rerum, quæ scriptæ sive leguntur, seu audiuntur, seu ruminantur; ἀναγνώσις enim non præcisè modum concipiendi, sed conceptum dicit, qui sive mediantibus oculis, sive mediantibus auribus, sive mediante reminiscentiâ fiat, perinde est.

Proinde *Lectionis* sunt tres quasi *Species*:

1. *Scripturæ lusitio* per sensum visus: ἀνεγάσις, per sensum Auditus: 3. *Meditatio*, per Reminiscentiam, quæ Studiose Theologiæ conjungendæ sunt, non separandæ. Ac *Lectioni* quidem vulgo sic dictæ, ἀνεγάσις vel ideo præferenda, quod vox temel aut bis, & per intervalum audita, qualis in auditoriis sonat, fortius penetrat & memorię quoq; tenaciū in hærebat; quam cursorio oculo illustrata sententia; quia illic ad meditandum intercedit spaciū, quod in lectione simplici non intercedit, nisi de industria sumatur, atq; ita discrimin illud, quod lectionem & auditionem interest, compensetur. De quo argumento legenda est Hieronymus Epist. ad Paulinum, quæ latinis Bibliis solet præfigi.

3. *Subje-*

3. *Subjectum Lectionis* suprà requiri- *Subjectum*  
*livimus*, intelligens eorum quæ dicun*Lectionis?*  
*tur*, saltem, quoad apprehensionem *quale?*  
*Grammaticam & Logicam*: Rerum  
*enim* in quavis facultate naturas per-  
*noscere*, facultatis proprium est, quâ-  
*tum addiscendi rationem nunc non in-*  
*quitimus.*

4. *De objecto*, seu materia *Lectionis* *Materiam*  
*potissima difficultas est*; neque enim *Lectionis*  
*in hæc scriptorum varietate proclive* *difficile est*  
*est judicare*, quantum hic illo præ-  
*stet*; ac quia nervosior ac compendio-  
*sor ætas Scholeasticis succedit*, atque  
*etiamnum per DEI gratiam succedit*,  
*videtur esse abs re*, ad certos Autores  
*Lectorem velle alligare*, præterim eum  
*in tanta copia*, etiam optimi Autores  
*nos fugere possint*, & *judicio hominus*  
*docti committendum sit*, quos ille Au-  
*tores in quavis materia ducat magis*  
*præstitisse.*

Orsurus tamen Theologicum stu- *V. Auto-*  
*dium poterit distinguere Autores in V. ses, quile-*  
*Classes: 1. in Lexicographos: 2. in Com-* *rum clas-*  
*mentatores: 3. in Catechetas: 4. in Pole-*  
*micos: 5. in Practicos.*

I. Ex

**I. Lexico-** I. Ex *Lexicographis Theologiae Studio-*  
**graphi.** *sus comparabit Concordantias Hebraicas*  
**Hebrai.** *Rab. Mardochai Nathan, Venetiis & Ba-*  
*sileæ excusas, quas nunc in meliore for-*  
*ma adjectis vocalibus & punctis; & di-*  
*stinctis modis ac temporibus verborum,*  
*edidit Buxdorfius; Hæ enim ad contro-*  
*versias textuales per inductionem de-*  
*cidentias necessariæ sunt. Initio tamen,*  
**Grecisunt** studii sufficit *Lexicon Hebreum Johannis*  
**imperfecti.** *Avenarij aut Johannis Forsteri, quod est*  
*instar Concordantiarum. Pro N. Testa-*  
*mento necessariæ sunt concordantiae Greciæ*  
*Heinrici Stephani, ultimò editæ, Anno*  
**Quomodo** 1624. quæ tamen ipsæ incomplexæ sunt;  
**Supplendi** & plerasq; particulas seu Syncategore-  
*mata omiserunt, quas supplebit Stu-*  
*diosus Theologiae addendo ad finem*  
**Nempe,** *Concordantiarum peculiarem particu-*  
*larum sive constructionem, seu signifi-*  
*cationem; quia in harum particularum*  
*rum signi- situ multùm nonnunquam momenti si-*  
*ficationem tum est: Sic ad particulam ~~hęc~~ anno-*  
**& constru-** *tabit; illam nonnunquam esse Exege-*  
*tionem.* *ticam,, ut Job. 10,33 Matb.21, 5. Et:*  
*nonnunquam adversativè poni i. Job. 3,*  
*2. nonnunquam ratiocinativè, i. Job.3,4.*  
*Ita ad particulam ~~hęc~~, notabit dicta,*  
*quibus*

quibus significat idem, quod in aliquo,  
ut Rom. 5, v. 14. Marc. 4. Phil. 1, 3. non nun-  
quam propter aliquid Matib. 26, 50, &  
atque ita in reliquis particulis defectus  
harum Concordiarum supplebit.  
Quo labore ipsum levabunt M. Erasmī  
Smidii P. P. in Acad. Witteberg. Græcæ  
Concordantiae nuper editæ. Pro vulga-  
gata versione variæ sunt jam olim edi-  
tæ Concordantiae, quibus Theologus ob *Synopticas*  
vulgatae versionis frequentem usum ca-  
rere non potest. Antequam ei facultas  
detur in quovis idiomate Concordan-  
tias sibi comparare, interea utetur *Con-*  
*cordantiis Timotbei Kirchneri* in quarto,  
quæ sunt quasi compendium Concor-  
diantium, tam Hebraicarum; quam  
Græcarum in utroque Testamento. Ad  
Lexicographos referenda est. *Clavis Scri-  
pturæ Flacii*, postremæ Editionis Basiliensis, cui Versus Capitum Biblicorum  
adjecti sunt, nec non Philologia sacra  
D. Glassii: liber Studiosis Theologiæ ob  
Explicationem Phrasium Scripturæ val-  
dè utilis. Ex Papistis; Johannis Ferdinandi:  
ex Calvinistis: Matthiae Martinii Lexica;  
Marloratii Thesaurus, & parallel. junij

2. His libris utetur Studiosas; cum ad usum Leni-

JHPAN.

cōgrapbo- juvandam memoriam, si fortē dicti cujus-  
rum du- dam caput aut versus exciderit, cujus  
plex. quæsitā unā voce in Concordantiis, lo-  
cum in Bibliis unā reperiet; Tūm ad re-  
fellendos solidē adversarios, quando de u-  
surpatione & significatione vocis Bibli-  
cæ Quæstio vertitur. Ex inductione e-  
nīm Exemplorum, quæ in Concordan-  
tiis consignatæ sunt, fortissima pro ve-  
ro & perpetuo Scripturæ sensu, sumun-  
tur argumenta.

**II. Com-**  
**mentato-**  
**res: quo-**  
**rum tres**  
**quasi or-**  
**dines, &**  
**usus diver-**  
**gissimus.**

3. Commentatorum statui possunt tres  
quasi ordines; primus eorum, qui in Bi-  
blia, alter eorum, qui in res gestas Eccle-  
siæ quicquam consignarunt. Eorum por-  
rò magnus habēdus est delectus; quidam  
enim leguntur, ut ex iis de vero Scriptu-  
rarum & Patrum sensu informemur;  
quidam ut corruptelas & dissensum ex  
iis perspiciamus.

**Commen-**  
**tatores**  
**Biblici, &**  
**Orthod o-**  
**xi.**

4. Ex Nostratis recentioribus pau-  
ci sunt, qui justa commentaria in Scri-  
pturas ediderint; Loco commentarii in-  
cipientibus Theologiae Studiosis, deser-  
vient *Lucæ Ostiandri Biblia*, cum glossis in-  
terlinearibus: In sermone autem Verba-  
culo *Biblia Danielis Crameris*, & *Ducum Vi-*  
*nariensem*, Noribergæ recens edita.  
Quibus

Quibus addi debent Notæ Flacii in Nov. Testamentum: D. Waltheri Harmonia, possunt D. Lutheri, Gesneri, Rungii, Peterargi, in Pentateuchi libros, Balduini in Josuam, Judic. Ruth. In Libr. Regum., Welleri, Musculi, Mollerii, Sneppii aut Gesneri in Psalm. Forsteri in Jesaiam, Jerem. Lucæ Osiandri in Ezechielem, Danielem & 12. Prophetas Minores; imprimis Doctissimi Johannis Tarnovii commentarii. In Quatuor Evang. Harmonia D. Gerhardi, aut brevius D. Calixti: In Epistolas Apostolorum D. D. Balduini & Gerhardi. In Lectiones Apocalypsin D. Hoe; Hæc commentaria sunt præsopportet à Studio ad veram sensus interpretationem ponendi. intelligentiam prius legi, antequam adversariorum commenta attingat; Qui enim nuper ex adversariis commentantur, dictorum interpretationem ad controversias modificant, non controversias ad interpretationem genuinam: & nemo fermè est, qui sine præ-  
 2. Comen-  
 judicio ad commentandum accedat. Itaque ex Papisticis Bibliorum interpre-  
 tibus vetustiores optimi sunt, ut Thomas de Vio Cardinalis Cajetanus, in universa Biblia; Ambrosius Catharinus Compsæ Episcopus, in Epistolas Pauli; Johannes Ferus,

in Evangelium Matthæi, Evangelium &  
Epistolas Johannis; *Didacus Stella*, in  
Lucam; *Toletus* in Lucam & Johannem;  
*Arias Montanus* & *Franciscus Lucas Brug-  
gensis* in plerosque utriusq; Testamenti  
Libros Notas conscripserunt, quæ inser-  
tæ sunt Bibliis Regis, & seorsim excu-  
ſæ Antverpiæ in quarto *Alphonsus qui-  
dem Tostatus*, *Ableusins Episcopus*, & *Ni-  
solaus de Lym* in universa Biblia com-  
mentarios ediderunt, sed eos compara-  
re in paucorum facultate est; pauciorum;  
ut *Biblia illa Regia*, Antuerpiæ  
cum quadruplici versione, & prolixo  
Commentario edita, redipiant. *Emanue-  
lis Saa* Annotationes nimis breves sunt.  
*Jacobus Tirinus*, *A. Mendoza*, & *Stepha-  
nus Menochius*, & qui præterea ex recen-  
tioribus sunt commentati, sois ferun-  
tur passionibus. In Pentateuchum,  
*Cornelius à Lapide*, *Leonardus Illarius* &  
*Jacobus Bonfrerius*. in Josuam & Judices:  
*Nicolaus Serarius*, *Andreas Masius*, & *Jo-  
hannes Mercerius*. In Lib. Regum & Para-  
lip. *Caspar Sanctius*, *Serarius*, & *Mendoza*.  
In Jobum: *Johannes de Pineda* & *Caspar  
Villalpandas*. in Psalmos, Prov. &c: *Jo-  
hannes Lorinus*, *Nicolaus Jansenius*, *Gil-  
bertus*.

brtus Genebardus, Jacobus de Valentia, &  
 Simeon à Mitis. In Prophetas Majores;  
 Cornelius à Lapide & Maldonatus. In Mi-  
 nores itidem; & Christophorus à Castro, nec  
 non Franciscus Ribera. In Proverbia, Ec-  
 clesiastem, Ecclesiasticū & Sapientiam:  
 Lorinus & Cornelius à Lapide. In Tobiam,  
 Judith, Esther, Machabæos: Serarius &  
 Fabianus Justinianus. In N. Testamentum  
 prolixè: Alphonsus Salmeron. In 4 Evan-  
 gelia: Jansenius, Maldonatus & Barra-  
 dius, Contzen. In Acta: Lorinus &  
 Sanchez. In omnes Apostolorum Epi-  
 stolas; Guillermus Estius, Justinianus &  
 Cornelius (qui & in Apocalypsin) in Estii Syno-  
 Epp. Petri, Jacobi, Johannis Lorinus & pticæ An-  
 Cornelius præcipuos emiserunt comen- notatio-  
 tarios, & quos ob ferventes hodiè cum nes in uni-  
 Papistis Controversias, maximè legimus. versa Bi-  
 In Apocalypsin Alcazar. Ribem, Viegas, blia-  
 Cornelius. Summam dictorum, Ortho-  
 doxos inter & Papistas Controversio-  
 rum, videre licet incipienti Studio, in Annotationibus aureis Guilielmi Estii,  
 nec non Bibliothecâ Sixti Senensis, qui  
 duo sufficere possunt incipienti, ad Sta-  
 tum quæstionis cum Papistis circa In-  
 terpretationem præcipuorum scripturæ  
 dictorum, cognoscendum.

3 Com-  
mentato-  
res Calvi-  
niani.

6. Ex Calvinistis sufficient sola Biblia  
Belgica jussu ordinum nuper edita. Vel  
etiam unius Calvini & Piscatoris Commen-  
taria in universa penè Biblia; Grossii No-  
te in Vet. & Nov. Testam. Marlonati im-  
primis & Bezae Annotationes in N. Testa-  
mentum. Quanquam & Petrus Martyr,  
atque Rodolphus Gualtherus plerosque sa-  
cros Auctores commentariis exposue-  
rint. Fontibus percontandis inser-  
vient Drusii Annotationes in Pentateu-  
chum, Josuam, Iudices, Ruth, & lib.  
Samuelis. Prophetas minores, Siraci-  
dem, Machabæcs. Et in N. Test. sed ad-  
vertendum, quod opinionis tenax sit.

4 Patrum  
Commen-  
taria in  
Biblia.

7. Ex patribus nemo est, qui univer-  
sa Biblia explicatione illustravit, præter  
Origenem, qui textualis non est. Quan-  
tum Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus,  
Cyrillus, Theodoreetus, in quemq; Librum  
Biblicum commentariorum perfec-  
rint, ex indicibus ipsorum pater. Pro-  
in formatione summaria, quid, & quan-  
tum singuli Patrum scripserint inser-  
viet Libellus Bellarmini de Scriptoribus Ec-  
clesiae, in octavo, & commodius Sixti Se-  
nensis Bibliotheca selecta, quam vocant,  
in quarto, postremæ Editionis. Suffi-  
ciunt

ciunt autem, ut initio diximus, incipi-  
enti Studio, *Versio Bibliorum Osiandri*,  
& ex Papistis ii, quos nominavimus. Ex  
Calvinianis sola *Biblia Belg.* Si quis *Ariae*  
*Montani* Versionem & commentarios  
addere voluerit, aut potuerit, progres-  
sus facturus erit in hoc Studio felicio-  
res.

8. Inter Commentatores alterius or-  
dinis excellunt *Erasmus Roterodamus* &  
*Gerardus Vossius*: Quorum notas in ple-  
rosque Patrum, Basileæ & Coloniæ ni-  
tidiūs editorum, nemo superavit aut  
aquauit; Quanquam *Margarinus de la*  
*Bigne*, & *Augustinus Torniellus*, nec non  
Patrus *Nannius* multūm operæ in hoc ge-  
nere insumperint. Post Erasmum etiam  
tentavit *Cornelius Scultingius Colon.* in  
*Hieronymi præfertim & Augustini Scri-*  
*Pta*; sed post Homerum *Iliada* scripsit.  
In *Irenæum & Tertullianum*, *Pamelius*  
& *Feuardentus Jesuitæ*: & *Simon Gry-*  
*næus Calvinista*: in *Epiphanium Janus*  
*Cornarius*. *Calv.* in *Cyprianum Simon*  
*Goulartius*, Calvinista, notas ediderunt,  
quorum postremus *Jacobi Pamelii Je-*  
*suitæ* obeles, quibus *Cyprianum cor-*  
*superat*, feliciter contrivit: In Arno-

II. Qui in  
Patrum  
Scripta  
commen-  
tatisint.

294. *METHODUS STUDII*  
biūm *Elmenhorstius*. In Clementem Ale-  
xandrinum *Heinsius*. In Greg. *Nyssenum*  
*Albuquerqueus Pap.* In Nazianz. notæ  
*Billii*, *Pselli* & *Elias Cretensis*. In Basiliūm  
*Musculus*. In utrumque *Cyrillum ex Pa-*  
*pistis Joannes Aubertus* In universa Chry-  
sostomi & Ambrosii opera præter Era-  
smum, quod sciam, nemo quicquam  
conscriptis. In Justinum Martyrem  
*Job. Langius*. In Salvianum *Rittershu-*  
*sius*. Reliquorum Patrum optimas edi-  
tiones, quando Theologiæ Studiosus  
eos profectus fecerit, ut Patribus fiat  
acubus, quia quotannis variant, ipse  
discerneret. Ad cognoscendum plero-  
rumque Patrum argumentum, initio  
Studioſus adhibebit. Compendium  
Theologiæ Patrum *Eckardi*: vel Theo-  
logiam Patrū *Sculpteti*, in quarto; hoc ad-  
vertendo, ut à Calvinista in pñctis  
controversis sibi caveat: Minorum Pa-  
trum scripta ac Pontificum Romano-  
rum congregatas in Bibliothecam Pa-  
trum, *Margarin: de la Bigne* in fol. XVII.  
voluminibus.

9. *Commentatores Historiae Ecclesiastice*  
ex Antiquioribus sunt *Socrates*, *Eusebius*,  
*Cassiodorus* autor *Historie Tripartite*, qui  
una

*Synoptica  
Patrum  
Doctrinae*

*III. Histo-  
ria Eccle-  
siastica*

Unā editi sunt formā fol. sub tit: *Scri- Commen-*  
*tatores Ecclesiastici*, Basileæ, Genevæ, & ali- *tatores,*  
*oi.* *Nicephorus* recentior est & nugacior. *Antiqui:* In emendandis his Historiographis rem *Emendati-*  
*magnam præstitit Josephus Scaliger*, Lib.  
*de emendatione temporum*, seu *Notis in*  
*Eusebium.* Post eum *Baronius*, *Torniellus Recentio-*  
*& Salianus* scripserunt Annales vastos res *Papi-*  
*& mendaces*; qui eorum summam cu-*stæ.*  
*pit*, habet eam in *Epitome Spondani*, fol.  
Ex Orthodoxis scripserunt Centurias  
*rerum Ecclesiasticarum*, *Magdeburgenses*; *Orthodo-*  
*quorum choragus fuit Flacius in Cata-* xi.  
*logo Testium veritatis.* Exinde compila-  
*vit quasi Summam D. Lucas Osiander*, in  
*suis sic dictis Centuriis*, quæ *Studio*  
*possunt sufficere.* Ex Calvinistis *Marcus Calvinista,*  
*Antonius de Dominis*, in *Libris de Rep.*  
*Ecclesiast.* *Morneus* in *Mysterio iniqui-*  
*tatis*, *utergo Barclaius*, & *Maucerus Rof-*  
*fensis Episcopus*, contra *Billarminum*, *Hi-*  
*storiae Ecclesiasticae* non parum lucis at-  
*tulerunt*, ut & *Casaubonus Exercitatio-*  
*nibus in Baronium*. *Compendium Hi-* Compens-  
*storiæ & Hæreseologias* præcipue est diarii.  
*apud Pappum*, et præfertim in *Thesauro*  
*Chronologiæ Alstedii*, qui lectu dignissi-  
*mus. Pro cognitione Controversiæ Pela-*

gianæ & annexarum, maximè conductit  
*Historia Pelagianismi Vossii*; in quarto-

io. Ad Commentarios rerum Ecclesiasticarum pertinent Tomi Conciliorum tūm in Ecclesia, tūm in Papatu peractorum, quos edidit Severinus Binius in fol. V. vastis Voluminibus. Studiosus, prolixiorem, quam quæ apud Pappum reperitur, gestorum, in Conciliis desiderans cognitionem, utetur *Summā Conciliorum Bartomei Carranzae*, in Octavo; auctoris quidem Papistici, sed qui in plurimq; recensendis bonā fide versatus est. Ad Eosdem pertinet Hæreseologia, seu Historia de ortu, progressu & qualitate Hæresum Antiquarum. Cui noticia serviet Danae liber in *Augustinum de Heresibus*, & Comment. Elmenhorstii in *Gennadium*. Aliud ejusdem volumen, quod *Apparatum Sacrum* vocat, majorem præbebit utilitatem.

*Discretio  
in Patrū  
& Conciliorum*

*Scriptis  
oppositi-  
ziis dingo  
scendis.*

ii. Quæ verò Patrum & Conciliorum Scripta genuina sint, quæ non, exposuit præter Bellarminum & Sixtū, de quibus §. 7. Robertus Cucus, Theologus Anglus, Lib. conciso, quem censuram quorundam Patrum vocat, in quarto: Andreas Riveatus, in Specimine Critici Sacri, quarto; Scri-

psit equidem Jesuita quoq; Antonius Possevinus selectam Bibliothecam, sed quā post dictos autores, Studiosus carere potest.

12. Catechetas vocamus eos, qui summa veritatis Christianæ ex sacris literis, & harum orthodoxis interpretibus collectum in thesi & antithesi breviter tradunt, qualis apud Orthodoxos est *Liber Christianæ Concordiæ*, continens *Confessionem Augustanam*, ejus *Apologiam*, *Articulos Smalcaldicos*, *Epitomen Controversiarum & Declarationem* earundē, quem utile fuerit Studio, nō minus atq; *Hutteri Compendium ad unguem nosse*; quia & Rudimenta & fundamenta Catholicæ Veritatis in eo exponuntur, &c. Talis est *Thesaurus Vogelii*; *Hortulus Biblicus Seberi*, ad hoc utilis, ut Articuli fidei, quibus Scripturarum Testimoniis cōfirmentur, Studio innotescant, quem itidem suasero nescienti, ut ad unguem ediscat: Cōferri cum his possunt ab Incipientibꝫ Loci Hafenrefferi, aut Catechesis Theodori. Hoc enim apprimè necessarium est, ut Christianus quivis, futurus imprimis aliorū Doctor, puro veritatis lacte ante imbuatur, quād ad discretionem æris à

III. Catecheta.

Iupinis, seu tractationem controversiarum accedat. 1. Pet. 2, 2 Heb. 5, 12, 13, 14.

V. Scriptores Po-  
lemici; Or-  
thodoxi:  
Synoptici.

Prolixio-  
res.

13. *Polemici Scriptores* illi sunt, qui veritatem non solum in thesi docent, sed antithesin quoque seu falsitatem oppugnant, idq; vel strictim, ut *Exegetis D. Menzeri*, & *Explicatio Libri Concordiae D. Hutteri*, *Syntagma Hummelii*, *Fasciculi controversiarum Eccardi*, &c. quorum unum vel alterum saltem ex tanta mole, pro summa Controversiarum cognitione à Studio evolvi velim. Alii prolixius, & justa mensurā controversias tractarunt, ex Orthodoxis præcipui *D. Chemnitius* in LL. CC. tūm in *Examine Concilii Tridentini* *Dn. D. Hunnius*, cujus opera Studio Theologiae oporteret esse quam familiariSSima, Post hæc LL. CC. *Dn. D. Hutteri*, *Gerbardi*, *Brochmanni* &c. ob pleniorum Controversiarum pertractationem à Studio evolvi par est. Nucleus tamen & medulla, quam posteri omnes inde collegerunt, est in scriptis *B. Chemnitii*, que Studiosus pro perpetuo penuducet, post *B. Lutheri* Scripta, quibus saltem Controversiae eo ordine nō consignatae sunt, quo oportet in Systemate Theologico, idq; ob Adversariorum ejus temporis

paris inæquales impetus. Qui particulares controversias cum quibuscumq; hæreticis discutiendas sumserunt, proptermodum infiniti sunt, ut delectus ex iis pro studiosi industria faciendus sit, nec enim nostrum est singulorum licitari operas. Si Studiosus Theologiæ, Uni vel Duobus ex jam laudatis Scriptoribus addiderit Tomos Dispp. Witteberge: Gießæ, & Jenæ à D. Gerhardo habitarum, quas de *Gloria Dei* inscripsit. Habebit plenā & Theseos, & Antitheseos noticiam.

14. Inter Papistas agmen Polemico-Principium nunc Bellarminus dicit, qui vel unus ex Papistis ad controversias, quæ cum Papistis in Polemici tercedunt, explicandas sufficit. Verum, quia Jesuitatum more sapientius & equivocatione fallit, nec statum fideliter aperit, danda est Studio opera, ut Lexicographum quendam vetustiorum Papistarum ad manum habeat; ex quo vocum significaciones vulgatas, & controversias circa quodvis caput, pleniū perspicere possit, quale est *Lexicon Iohannis Alensis Staigi, & Alphonsi à Castro libri duo adversus heres;* ex quibus constabit, quod Jesuitæ nunc negant, unquam in Controversia, vel à Papistis asseditum fuisse, id habuisse

buisse maximos in Papatu Patronos, & velut publicam doctrinam fuisse. Huic operi simul inservire potest Loricu*s Thesaurus Theologicus*, Canisii opus Catecheticum, Catechesis Concilii Tridentini, LL. CC. Cani, Clingii, Viguerii; Coccij Thesaurus, Sanderus de Monarchia Ecclesiae &c: In primis eorum Papistarum judicia circa Augustanam Confessionem, quæ in Harmonia Coloniæ & Moguntiæ edita, perspicere est. Opera Georgii Cassandri, Iohann. Roffensis, Claudiu*s Espençei*, Ruarii Tappeti & Alberti Pihgii Controversiæ; Andradii Orthodoxæ Explicationes &c: Recani Jesuitæ manuale Controversiarum, planè nullam fidem meretur, ac si statim Controversiæ fideliter exposuerit, perpetuis enim scatet æquus vocationibus, & negatione etiā eorum, quæ alijs vulgo in Papatu docentur. Idem judicium de Institutionibus P. Cotonni. Controversiis Huntlei & Catechismi Baijij. Si quem superioribus addere libuerit, magis ingenuus est Gregorius de Valentia, tūm in Analyti, tūm in Opusculis, quæ uno Volumine prostant, fol. Paris. Deprehendet autē Lector scriptores qui inter Dissidentes dōmīciliū habuerunt, aut Eos ad communionem Romanam fateo.

sategerunt reducere, frequenter occultas-<sup>P. Alex. Hyg.</sup>  
se quæstionis statum, aut dolosè respon-<sup>terat. Aymer.</sup>  
disse: Eos autem securius locutos, qui in<sup>nua Professionem</sup>  
media Hispania, Italia, aut Polonia scri-<sup>Identrii Concilii</sup>  
pserant, ut Simanca in Inst. Gravina de<sup>lo constitutus</sup>  
Præscriptionibus. Coſterus de vena Relig. Quir-  
nam verò in particularibus Controver-  
ſiis laudabilem operam posuerint, eos  
videre est apud Bellarminum & Chamie-  
rum, ab initio cujus cunq; controversiæ.

15. His, cùm maturuerit Studiosus *Schola-*  
*Theologiæ*, succedent Scholasticorū cō *ſtici.*  
*troversiæ*, quas summatim cōprehensas  
habet in *summa Thomæ Aquinatis* in quē-  
primò leget *Commentariū breviorem*,  
qualis est *Alexandri Pesantibii*; deinde evi-  
dentionem, qualis est *Guilielmi Eſti* in  
*Magistrum Sententiarum*: Postea proli-  
xiorem, qualis est *Vasquis*, *Gregorii de Va-*  
*lentia*, *Suarezii*, & *Tanneri*, nec non *Becani*  
*Theologia Scholastica*, quam vocat. Alter-  
utrū ex hisce eligat Studiosus, quam-  
diu certæ functioni nondum præfectus  
est. Bonnes in solam 1. & 2. partem Thomæ  
scripsit. Zumel in 1. & quasdam Q. q. ex 1.  
& 22.

16. Ad Controversias autem, quæ Pa- <sup>Contro-</sup>  
pistis ipsis intercedunt, cognoscendas ad- *versia in-*  
hibebit *Johannis à Rada Controversias*, in- *ter Papi-*  
*tas ipsos*  
ter

302' *METHODUS STUDI*  
ter Thomam & Scotum, quibus edocebi-  
tur, quam inter Scholasticos nihil certi-  
fit; propter Methodum tamen & acrimo-  
niam, non decebit perfectum Theologiae  
Studiosum eos planè negligere, sed veri-  
tatis lacte anteà benè enutritum, quod  
suprà requirebamus.

De dislesu Papistarum in genere, mul-  
to labore cōgessit *D. Botsaccus* cōtradicō-  
nes Pontificiorum, majori, *Dn. D. Gerardus*  
in *Confessionis catholice Thomis IV.* nuper  
emissis, quæ ipsius opera valde utilis est;  
Ante ipsum *Flacius* in lib. de diffidiis Papis-  
tarum, *D. Osiander*, in *Papa non papa*, & *D.*  
*Hunnius* in *Labyrinto* fecerunt initium.

*Polemici*  
*Calvinistæ*  
*cum Or-*  
*thodoxis.*

17. Calvinianorum Controversias in  
universum congesit *Calvinus* ipse, in suis  
*Institutionibus*. Eas quas cum Orthodoxis  
gerunt, *Sobnus* in *Exegesi Augustanae Con-*  
*fessionis*, *Polanus* in *Synagmate*, *Bucanus* in  
*LL. Comm.* *Wendelinus*, & alii. Studio-  
so autem duo posteriores hi sufficient:  
Quas inter se gerunt lites, videre licet  
ex *Collatione Hagensi*, tūm *Bertii*, tūm  
*Brandii* Edit. Ex *Actis Synodi Dordice-*  
*næ*, tūm iis, quæ Calvinistæ ediderunt,  
Amsterodami & Hanoviæ, tūm iis;  
quæ Arminiani ediderunt, vocata; *A-*  
*gia Remonstrantium*: Praterea ex Homi-  
ni

*mii Specimine Controversiarum Belgicarum;  
Anatome Arminianismi Molinæ, Malæ En-  
theiresi Corvini, Confessione & Apologia Re-  
monstrantium, Censura Confessionis Remon- Cum Pdā  
strantium, à Professoribus Leidensibus pistis-  
edita, Operibus Arminii; Vedelio de Arcanis Arminianismi & Scriptis hic oppositis,  
&c.*

18. Scriptores qui Controversias Orthodoxis & Calvinistis adversus Papatum communes pertractarunt, præcipui sunt ex nostris ii, quos §. 13, significavimus. Ex Calvinistis Petrus Martyr. in LL.  
Comm. Francisc. Junius in Controversiis contra Bellarminum: Polanus in Syntagma &  
Scarpus in cursu Theologico: Rivetus in Catholico Orthodoxo, & Daniel Chamier in Panstratia qui postremus vice omnium esse potest, & vel unius Studioso sufficit.

19. Particulares Controversias nobiscum Calvinistæ contra Papistas præcipue has disputarunt: De Scriptura, Romano Pontifice, Ecclesia, Concilio, peccato Originali Hunnius, Gesnerus, Meissnerus, Thummius &c. Wittacker, Franciscus Junius, Sutlivius, Sibrandus, Lubbertus, Rivetus in Iagoge & imprimis Thomas Mortonus

Polemici  
de Parti-  
cularibus.

Contro-  
versiæ;

Apolog.

*Apologiae partibus, duabus quæ lectu sunt dignissimæ. De invocatione Sanctorum Johannes Reinoldus, Libris de la Idolatriæ Romanae Ecclesiæ. De Antichristo, Georgius Dounam. De Purgatorio B. Meisnerus, Sæde; De Missa idem: & ex nostris B. Meisnerus, atq; Hunnius de Sacramentis in genere & specie. De Gratia & Libero arbitrio, atq; attinentibus D. Meisnerus in Anthropol. Paræus contra Bellarminum & propemodum infiniti. His adjungendi erant, qui sectam Unam ex professo confutandam sumpserunt, ut Giesseinus in Papismo & Calvinismo. Thummius & Himmelius in Weigelianismo. Joh. Mollerus in Judaismo & Anabaptismo, quos præcessit Wigandus, cuius extant VII. libri distinctis sectis seorsim oppositi. Hos saltē ex pluribus nunc excerpere placuit, quibus Studiosi Bibliothecam, quamdiu Numidae in moierm adhuc divagatur, instrui oportet.*

**V. Practici** 20. *Scriptores Practicos dicimus eos, scriptores. qui ad Pietatem mores, vel conscientiam informant, idq; seorsim, & quisq; suam, vel publicè vel alienam. Profuis moribus informandis multi ab Orthodoxis profuis mori- stant. Scripti Libri vice omnium esse bus, possunt Meditations & Schola Pietatis*

*D. Genari*

D. Genadi, Augustini Confessiones, Manuale & Soliloquia, quæ posteriora duo Augustini tamen non sunt, sed Petri Damiani Cardinalis, & cautè legenda. Pro informandis moribus alienis ad Pietatem, exstant homilię nostrorum sine numero : ex quibus Methodi causā Dn. D. Meisneri & Theodorici : Pietatis autem & succi gratiā D. Lutheri, Balduini, Hermanni, Arndi homilias in Evangelia præferimus. Ex Papistis Stellam de vanitate Mundi; Granatensis Ducent peccatorum : Stapletoni promptuarum morale, Malderi meditationes, nec non modernum Drexelium commendamus. Pro informanda Conscientia, exstant Casus Conscientiae Balduini, Consilia Bidembachii & Dedekenni. Ex Papistis Studioso sufficiunt summula Cajetani, Fernandes Theologia Moralis, & Toleti instructio Sacerdotum, singuli in forma & edicti. In primis ad Papistarum dissensum notandum, legendum est proiectiori Theologiae Studioso, Corpus, quod vocant, Juris Canonici in quo & aurum & plumbum & scorias reperire est. Navarri Manuale : Azo- rii institutiones Morales, Sayri clavis Sacerdotum, Filiuccii, Laymani, Ferdinandi à

2. Pro informandis alienis, 3. Pro informanda Conscientia vivo, rum.

q. Mori-  
bundo-  
rum.

*Castro Palao, Moralia. Pro moribundo-  
rum conscientia informanda, sunt in bene  
constitutis Ecclesiis formulæ agendi con-  
signatae, quæ Agendis Ecclesiasticis an-  
necti solent. Conducunt ad hoc offi-  
cium. Gedicci Sterbekunff/ Wilhelmi Al-  
lardi Athanasia, Philippi Nicolai de Vith  
eterna &c.*

Modus &  
ordo le-  
gendi non  
amnibus  
subjectis  
idem con-  
venit.

*V. Modum & ordinem legendi præscri-  
bere itidem difficile est, non solum ob  
dissensum autorum de Methodi natura,  
an talis ratio Methodi præscribenda sit,  
quæ ex natura rei, abstractâ à Dispositio-  
ne subjecti docendi, facilima est? An ve-  
rō ea dicenda sit Methodus convenien-  
tior, quæ melius quadrat captui dicen-  
tis, quæ de re Zabarella in suis de Metho-  
do Libris, & Apologia disputat; sed  
etiam ob varietatem & ἐπεργησιαν ple-  
rorumque ingeniorum, quæ volatilia  
sunt, & saltuatim malunt carpere sum-  
ma rerum capita, quam premere, qua-  
lia tamen raro ad solidam doctrinam  
devenisse, experientiâ comprobatum  
est.*

Generalis  
ordo max-  
imis.

*In universum autem cuivis doctri-  
nae ordini hoc substernendum est fun-  
damentum.*

damentum, quod informationem intellectus oporteat procedere à notioribus ad ignotiora, adeoque à generalibus ad specialia, à singularibus ad universalia; ac quanquam in uno vel altero subiecto illa ingenii facilitas existat, ut protinus connexionem inter ima & summa perspiciat, celeritas tamen apprehendendi non variat methodi rationem, & motus sive pernicioſe sive tardior, naturam tamē motus retinet; preinde, commūnem hanc methodi rationem in quovis subiecto observari oportet: ut primo Studiosus, Christianis parentibus natus, postquam capita Catechismi & fidei Christianæ cum lacte quasi materno imbibit, eadem ex libris Symbolicis, dictis Scripturæ evidentiibus demonstrare posset; cui usui, ut supra diximus, *Compendium Doctoris Hütteri*, aut *Hortulus Biblius Seberi* accommodatissimus est, quem Librum aut similem, oportet futurum Theologiae Studiosum memoriter teneare, ut mota de quovis fidei capite quæstione, nos sit, quibus Scripturæ dictis veritas confirmetur, falsitas confutetur; hoc unum.

I. Notitia  
summorum  
fidei Capitulorum.

2. Deinde, oportet Canonem Biblium in vernacula primùm lingua summatim percurrere, ut historiæ, & earum sedes Studioſo innotescant, quod expediet facilius, si post lectum caput, aut capita, conferat eorundem summaria, quæ rythmis comprehensa, extant in memoriali Biblico Himmelii, ex quo feliger Epitomen unam, ad quam memoriam eorum, quæ toto capite occurserunt, exigat, hoc modo; ut post absolutum librum, intuitu Rythmorum recordari possit singulorum capitum. Absoluto ad hæc alio Libro, antecedentis Libri summaria cum summariis hujus repetat. Perlecto tertio, quarto &c. libris, semper Rythmos (aut quæcunque alia summaria, è dicto memoriali selecturus est,) quibus summæ antecedentium Capitum continentur, cum posterioribus repetat, ita fiet, ut hic labor memoriae facillimus evadat, & pedetentim situs & connexio Historiarum Biblicarum ipsi innotescant.

III. *Lectio Bibliorum eum Or-* 3. Cognitis hoc modo Historiis, ad latinam Bibliorum editionem D. Luca Ofiandri se conferet, atque ex iis animad- vertet

vertet (1) phrases loquendi Scriptura-  
rum, quas mox investigabit, num sint à  
*Flacio, Polano, Piscatore aut aliis, qui ejus-*  
modi indices scripserunt, animadversæ?  
sin, adjiciet hunc locum ad *Flacii* vel al-  
terius marginem. (2) Connexionem at-  
tendet, quid ex quo ducat Spiritus S.  
atque inquiret, num in Libris symboli-  
cis, aut autore Catecheta, cui assuefactus  
est, dictum illud reperiat annotatum:  
Sin, adjiciat illud ad Articulum illum fi-  
dei, de quo ipsi dictum præsens agere vi-  
detur.

*thodoxis  
commen-  
tariis.*

*Quomodo  
instituen-  
da.*

4. Postquam & hoc pensum absolvit, IV. Pref-  
tum demum singulis diebus leget caput  
unum ex Bibliis, addito canone Hebræo  
vel Græco, & ex commentatoribus iis,  
quos supra nominavimus unum vel alte-  
rum adsciscet; Lexicographos quoque  
& Concordantias adhibebit, atque ipse  
djudicabit, quis interpretum propriùs  
ad textum accedere videatur; in quibus  
consentiant aut dissentiant? & hunc  
consensum vel dissensum uno verbo ad  
marginem Bibliorum annotabit, vel pe-  
culiare librum conficeret, in quo se-  
cundum ordinem capitum Biblicorum,

*for Biblio-  
rum Le-  
ctio ex  
fontibus.  
& cum  
commen-  
tariis.*

*Quomodo  
instituen-  
da?*

singulorum commentatorum interpretationem & adversaria consignet. Quod itidem ex lectione Polemicorum præstabit, si quis controvertentium insignem aut singularem ejusdem loci Scripturæ, quem nunc è Bibliis Studiosus legit, interpretationem dederit. Ita fiet, ut brevi tempore & semel tantam copiam colligat, ut nihil fermè in Scripturis controversum, ipsum subterfugere possit de quo Doctorum sententias non colleget. Omnis autem ista lectio & collectio felicius succedit, si bini Studiosi paria studia sectentur, quorum alter, ex. gr. textum Græcum legat, alter ad latinum vel vernaculum auscultet, aut vice versa. Alter item hujus Commentatoris sententiam, explicationem &c. referat. Alter alterius sententiam. Hæc enim mutua opera multum compendii suppeditabit. Atque huic lectioni, etsi conjunctâ operâ instituatur, spaciū trihorii matutini, ad minimum, singulis diebus deputandum fuerit.

*V. Lectio  
Contro-  
versiarum*

5. Cum hoc quotidiano studio conjunget Lectionem Controversiarum, ex dicto Catechetico studio, easque primâ vice

vice ita lustrabit, ut saltem connexionem & ordinem earum obseruer, quomodo v.gr. Papistæ ex sufficientiâ & obscuritate Scripturæ, interpretationem Ecclesiæ probent esse necessariam ; quomodo ob necessitatem hujus interpretationis, unum infallibile individuum requirant, per quod ultima sententia decisiva feraatur ? Ex infallibilitate hujus individui, omnipotentiam Papæ concludant, atque ita deinceps : Quomodo ex doctrina, de Peccato originali, liberum arbitrium ; ex hoc, facultatem merendi, ex hac, Justificationem ex Lege, ex hac opera supererogationis, ex his Purgatorium, &c : conflent ? Ita in Calvinianis Controversiis : Quomodo ex negata veritate unionis Personalis, Communionem idiomatum, ex hac, præsentiam Christi in Cœna, ex hac, Communionem indignorum, ex hoc in efficaciam Verbi & sacramentorum, &c. negent ? Ex falsa prædeterminatione diuinâ, absolutam prædestinationem, ex hac, irresistibilem Conversionem, fidem indelebilem, Sacramentorum inefficaciam, &c: comminiscantur ?

V 4

Atque tu, tu es fructus Cam  
pionis, et super  
abundans, et paucis annis qui revo  
lvi sunt, et in seipsum posuisse  
hunc electus potius habet signum  
salutis suæ. T. edit.

*Cetimq; est ar-* Atque ita in controversiis Photinianis  
*lor fiducie me* & aliis attenderet, quâ hypothesis hæresis  
*nitatur*, & quomodo errori error ma-  
*num porrigat?* Hæc notitia enim con-  
*ducit ad ardorem in studio* excitan-  
*dum, ne obiter & perfunctoriè Contro-  
*versias legat, sed fundum percontetur,*  
*ut ad verum tandem & irrefutabile prin-  
*cipium adversarius adigatur, nec fre-  
*quenti principiorum petitione elabatur.****

**VI. Pref-  
 sior Con-  
 troversia-  
 rum tra-  
 ctatio.**

**Quomodo  
 instituen-  
 das?**

6. Comparatà hac summarià cogni-  
 tione, deinceps in controversiarum vi-  
 scera se immittet, hoc rursus observato;  
 ne saltuatim ab hac Controversia ad a-  
 liam decurrat, sed, quomodo de conjun-  
 gendis ad Lectionem Bibliorum inter-  
 pretibus diximus, ita de Controversia,  
 quam tractat, autores quot, quod potest,  
 simul consulat, nec eam deserat, ante-  
 quam ejus conditionem, veritatis an fal-  
 sitatis, penitus perspexerit, Ita enim fiet,  
 ut ex collatione hujus Scriptoris ad il-  
 lum, videat, quis argumento satius fece-  
 rit, quis adversarium fortius urserit, at-  
 que ita deinceps. Verum, quia hoc stu-  
 dium non est unius anni, solerterm stu-  
 diosum non tædebit, perceptâ summa-  
 riâ

rià Controversiarum cognitione, ut diximus, uni Controversiæ aliquot mensibus, vel per integrum etiam annum inhætere, si quid ultra vulgus sapere proposatum ipsi fuerit.

7. Post lectionem Controversiarum succedet *Studio Historiæ Ecclesiastice*, itidem eo ordine, quo diximus, ut primò *Chronologię, Conciliorum, Patrum, hæreticorum notitia acquiratur ex Syntagmate Joh. Micrelii, vel Thesauro Alstedij:* Deinceps inquiratur, quid hoc vel illo Concilio summaniè fuerit statutum, & adversus quem, quo successu, & quibus contradicentibus? De *Patribus* itidem; quales fuerint, cuius autoritatis & conditionis; quo seculo vixerint; &c? Hoc enim scite plurimum refert; nec enim *Bernardus, Theophylactus, Damascenus*, ejus sunt autoritatis, cuius *Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, &c.* quia multò posteriores, & ab Apostolica ætate longinquiores sunt. Ita, quia *Hieronymus* pro Virginitate, quam sibi selegerat, pro Presbyterorū dignitate, quam sui ordinis causa propugnabat, adversarium sibi elegit, adversus quem pugnat, tantæ in hoc ar-

*Studio Historiæ Ecclesiastice, & SS. Patrum, quomodo instituendum?*

*Cognitio ne summaria?*

gumento autoritatis esse nequit, quan-  
tæ *Augustinus*, aut quisquam aliis, qui ci-  
tra Disputationis æstum scripsit. Ita *Leo-*  
*ni* aut *Gregorio*, cùm ipsi Pontifices fue-  
rint, pro autoritate Romanorum Epi-  
scoporum pugnantibus non ea adhibe-  
ri potest fides, quæ *Ambroſio*, *Augustino*,  
mitius de se sentientibus, adhibenda est.  
Atque ita de Conciliis & Patribus reli-  
quis, plurimū refert scire, quo tempo-  
re, qua de causa, scripserint? Cui crisi in-  
ſtituendæ proderit *Tractatus de autoritate*  
*Patrum*, *Riveti*, præfixus Critico facio.  
Hac discretione adhibitâ, secernantur  
ipsorum commentarii, à Scriptis Pole-  
micis, Polemica à moralibus, & singula-  
suo ordine conjungantur, sive commen-  
tariorum, sive controversiarum, seu pra-  
ctico Studio, eo ordine, quem proximè  
declarabimus.

*Notitia  
peritiore.*

*Theologie  
moralis.  
studium.*

8. *Moralem seu practicam Theologiam*,  
legendi, ratio paulò alia est. Aut enim  
pro se tantum informando leget istam,  
Studiosus, & tum eo ordine poterit pro-  
gressi, quo Theologi morales solent tra-  
ctare suas sive summas, nempe secun-  
dum Præcepta Decalogi, conversatio-  
nem

nem cum Angelis, cum se ipso, cum sacerdotibus, cum proximo, &c: sive, quo solent homilias suas disponere, secundum ordinem Festorum & Dominicalium dierum: Aut incumbet huic studio, ad informandos pro concione alios, ac tūm materiæ propositæ congruentia delibabit; In universum autem utilius erit, juxta partitionem Locorum practicorum, qualem in Methodo concionandi proposuimus, Moralem Theologiam legere; ita enim nihil fermè objici potest; quod in locum quendam communem non incidat, cujus causas impellentes, adjuvantes oppositas, concomitantes, ex loco anteā lecto possumus mutuare.

*Pro aliis.*

*VI. Tempus legendi* dispergiri homini extra munia officii constituto, & facile est, & utile. Primâ & ultimâ horâ diei vacabit orationi, sed & meridie nunquam accedet studia Christianus, nisi antè precatus. Reliquum tempus potest considerari vel in universum juxta illud annorum spacium, quod studiis præfixum est; vel secundum hebdomadarum aut dierum spacia:

*Tempus Lectionis**Universale quomodo in annos distribuendum.**I. Quod*

I. Quod tempus Studiorum in universum attinet, confidenter dicimus, non posse etiam vegetissimum ingenium, præsuppositâ sacrarum Linguarum & Artium Philosophicarum cognitione, infra quinquennium ad cognitionem mediocrem, solidam tamen pervenire. Primum annum integrum dabit studio Catecheseos, ut saltem in thesi discat, quid orthodoxum sit, quibus Scripturarum fundamentis astrictur. Secundum annum integrum tribuit Summariæ controversiarum cognitioni, dignoscendis earum hypothesibus, connexioni, progressui, &c. nullâ horarum distinctione, nisi ut à meridiie linguarum exercitiae planè excidant, repetat. Proximum triennium citra otium in sumet lectione Scripturarum cùm Commentariis, ventilatione Controversiarum, tūm Theologicarum, tūm Scholasticarum & si eos saltem autores interea evolverit, quos supra recitavimus, perdit temporis iure eum pœnitere non potest. Præsertim si vel unam ex quâvis hebdomade diem destinet studio Historiæ Ecclesiasticæ, evolvendis Patrum, Conciliorum scriptis.

*Studii  
Theologici  
annus pri-  
mus, se-  
cundus.*

*Reliquum  
triennium*

ptis. Theologiam moralem, quam Casus Conscientiae vocamus, excipimus ab hoc quinquennio. Enim verò tam vastum est hoc studium, ut intra hoc tempus, scientiæ navim vix à littore deducere quis possit.

Pietatis autem praxi, sive pro se, sive pro aliis informandis, nullos certos annos designamus, hoc enim exercitium quotidie vigere oportet, & si alias non vacat, saltem diebus Sabbathi à meridie; & diebus Dominicis, aliquid ex Homiliis & similibus ad pietatem incentivis collendum est.

2. Tempus diurnum, seu horas diei quod attinet, orationis horam excipiet Bibliorum lectio, sive nuda, sive cum Commentariis. Quorum si unum Caput debitâ attentione pervolvatur intra bihorium ad minimum absolvi nequit. Reliquum, quod prandium intercedit, Controversiis dandum, ut & succedens à prandio bihorium. Post hæc præstat unius horæ otium sibi sumere ad ruminanda ea, quæ diurno spacio lecta sunt: Tum verò, si quod spaciū super erit ante cœnam id Lectioni Historiæ Ecclesiastica

Pietatis  
exercitio  
omne tem-  
pus vacet.

Particu-  
lare legen-  
di tempus,  
hora 1. Dei  
Orationi,  
2. & 3. Le-  
ction. Bibl.  
4,5,6,7.

Contro-  
vers. Lect.  
Ante cœ-  
nam Hist.  
Ecclesia-

*ßica vel  
Prof. desti-  
bandum.*

*Theologie  
Scholasti-  
ca studium  
quomodo  
Et quando  
instituen-  
dum?*

*Patrum  
Et Histor.  
Ecclesia-  
stica.*

stica attribuere. Post cœnam ei, qui sui juris est, non svaserim lucubrandum, sunt 12. horæ diei, inquit Christus, *Job. 11. 9.* ac qui ex his (nisi enormiter tardus) saltem 8. bene impenderit, rem studioso dignam præstiterit.

3. Postquam ad Theologiam Scholasticam ventum fuerit, horæ tamen vñnes ante meridiem, lectioni Biblicæ & Controversiarum ex professo Théologicarum, erunt impendendæ; Scholastici penè meridiem præstolentur, saltem nemox à prandio in eos irruas; requirunt enim animum sui compotem, acutum & perspicacem, qualis esse nequit, exhalationibus stomachi nondum sedatis. Idem censeo de tempore legendorum Casistarum & Histor. Ecclesiasticae, quin & Patrum, quando Historica tractant. Cætera enim eorum, ut commentaria conferenda sunt cum lectione Bibliorum, controversiae cum lectione Controversiarum, de quo discrimine scriptorum in Patribus, ex indice ipsorum faciendo, supra quoque diximus. Ab hac temporis dimensione tamen excipimus, præparations ad Disputationem, con-

toncionem, aliaque exercitia. Hæ enim præparationes, instituendæ erunt proximo spacio ante destinatum cuiusunque exercitio tempus, ne memoriam rursus effluat, quod quasi sorbillans imbibisti.

VII. Exacta quantitas lectionis nulli potest præscribi, nisi perspectâ ingenii capacitate. Hoc Cocœthes ab omni studio abesse velim, quod studio falsæ πολυμαθείας aut πολύτισορίας quidam affectant, ut multas saltem paginas evolvant. Hoc enim non ad scientiam, sed ad summariam cognitionem conducit, de quâ supra diximus. Atque hoc commodi isti sentiunt, quod nullius auctoris mentem fideliter referre nequeant, & si forte quid allegent, falsi crimini, aut inadvertentiæ convincantur. Tum verò ut sæpius ista conquirere & investigate cogantur, quæ semel assequi & imbibere poterant. Hoc in universum pro determinandâ Lectionis quantitate sufficiat, si nemo à lectione discedat, donec auctoris mentem planè perspicerit, etiam si ter, quater, octies, decies, vel sæpius etiam iteranda sit lectio;

*Quantum  
die vel ho-  
râ sit le-  
gendum?*

tamen-

320      *METHODUS STUDII*  
tametsi etiam adhibendi sint indices,  
Lexica Theologica, aut Historica, vel  
alii etiam autores, si difficultas sit in ter-  
mino, vel in ratione concludendi, vel  
intentione autoris, aut simili quopiam.  
Sit solidum quodcunq; subest.

### *III. DE DESCRIPTIONE.*

*Scriptio  
necessaria.* Ad sublevandam memoriæ lubrici-  
tatem non utile solum, sed & necessa-  
rium est, quidpiam rerum lectorum li-  
teris consignare, nec enim quisquam,  
cui synciput tanum, tam est felicis me-  
moriæ, ut objectis omnibus locum affi-  
gnare in occidente queat, quin succeden-  
tibus aliarum rerum notitiis, alia exci-  
dant: De hac considerandum venit  
1. *Tempus*, quando scribendum. 2. *Mate-  
ria*, quid scribendum. 3. *Ordo*, quo quid  
scribendum.

*Quando  
sint confi-  
ciendi Co-  
dicilli co-  
munes?* I. *Loci Communes*, aut codicilli Remi-  
niscentiæ, non sunt scribendi, nisi post  
tertium ab inchoato studio annum, seu  
post primum, quam ex professo Contro-  
versiarum Tractationem Studiosus or-  
sus fuit. Ratio est quod ante hoc tempus  
destituitur judicio, quid necessum sit an-  
notare, miratur omnia, omnia ipsi rara-  
sunt,

sunt, ut est  $\alpha\gamma\nu\omega\alpha\zeta$  proprium  $\vartheta\alpha\nu\nu\mu\alpha\zeta\epsilon\nu$ ,  
 iuxta Aristotelem. Deinde, quia illa,  
 quæ primum in memoriâ locum occu-  
 pant, non tamen facile cedunt, quam ea,  
 quæ postea ingrediuntur, cadunt enim  
 in rasam tabulam, ut Philosophus dixit,  
 adeoque felicius adhærent, quam quæ  
 succedunt, quæ causa est, quod eorum,  
 quæ infantes ferè didicimus, etiam se-  
 nes recordemur, quæ viti; difficilius.  
 Ne igitur. Studiosus provectione ea nau-  
 scet, quæ tiro putavit esse singularia dif-  
 fera huc usque Scriptionem in Locos  
 Communes.

2. Consignet saltem ea, quæ rara sunt, *Quid si*  
*a* communi opinione dissidentia, aut in scribē dum  
 quibus putat singularem quandam Em & quan-  
 phasim esse. Idque tribus vel totidem rum?  
 verbis, ut memoriæ saltem subsidio sint  
 non integras sententias infarciat, nisi  
 libri cuiusdem porrò compos fieri ne-  
 queat. Ratio est, quod hodiè, quando  
 plerique autores suis ornati indicibus  
 prodeunt, proclive sit, pleraque lecta aut  
 repetita invenire, secus, quam ante hoc  
lent, sed earum duntaxat momentis & ner-  
vis consignatis.

### OBSERVATIO VI.

#### *De Loci Communibus recte instituendis.*

In utroq; studiorum genere, de quo hacte-  
nus dictum est, nempe in accuratiore illa  
S. Bibliorum lectione, & in hac speciali lo-  
corum Theologicorum tractatione, com-  
mentariis opus esse quisq; videt. Neq; enim  
ita felici Minervâ quisq; vel procreatus, vel  
illo ingenio præditus est, ut Scripturarum  
oracula & articulorum fidei mysteria, pro-  
prio Marte intelligere possit.

Porrò cum parùm profit, multa vel au-  
diisse, vel legisse, nisi præcipua rerum mo-  
menta rectineantur, ac ad usum transferan-  
tur; & verò vix ullus dari queat, qui rerum  
omnium auditarum & lectorum memoriam  
conservare possit, ideoq; usus locorum com-  
munium Theologicorum certè maximus est.  
De iis recte instituendis aliis aliter videtur;  
nobis isthac placet sententia, ut conscri-  
bantur

bantur loci communes, non alii; nisi Enchiridici, quorū usus & domi & foris esse pos-  
sit, non paginarum numero abundantes, id  
quod tedium & confusionem parit: sed  
scriptione brevi, succinctā, Atticā, replete-  
Id quod bifariam rectē instituetur, pro di-  
versitate duarum distinctarum, quas tracta-  
bimus, materiarum. Initio igitur suaferim  
vel Biblia integra, vel Novum duntaxat Te-  
stamentum, sed Græco Latinum ita ligati  
& compingi in usum nostrum, ut duabus  
paginis impressis, semper interseratur pagi-  
na una chartæ purioris. Jam si vel in lectio-  
ne Commentariorum in libros Biblicos, vel  
in evolutione eorum autorum, qui de con-  
troversiis nostri seculi scripserunt, vel in  
disputationibus tam publicis, quam priva-  
tis, vel denique in concionibus aliquid  
sese offerat, quod vel spectat ad obscurio-  
ris alicujus loci Biblici expositionem or-  
thodoxam, vel ad conciliationem locorum  
in specie pugnantium, vel ad refutatio-  
nem μεταφορῶν, quas Scripturis inferunt  
Ad versarii, pertinet: illud mox ad illum i-  
psum textum Biblicum, de quo agitur, assi-  
gnabis, non integris semper descriptis pe-  
riodis, sed rerum momentis & rationum  
ponderibus duntaxat notatis, assignatis  
etiam

Etiam simul autorum libris & librorum pae-  
ginis, quibus uberior contineatur tractatio.  
Usus hujus consilii erit maximus in dispu-  
tationibus, colloquiis, concionibus ubi mox  
coram, & uno quasi intuitu licebit, cujusvis  
loci Biblici & veram sententiam & sophis-  
matum futilitatem deprehendere.

Cæterum cum non semper Scripturarum  
momentis, sed interdum etiam rationibus  
& autoritatibus pugnetur, ideoq; locorum  
communium Euchiridion nobis usui esse  
poterit: id quod sic instituatur.

1. Compingatur chartaceus libellus in  
majori octavo, digitorum 3. vel ad sum-  
mum 4. crassitie.

2. Osterntiones tres relinquuntur vacui  
in usum indicis, sive à fronte, sive à tergo,  
consultius tamen, si à fronte.

3. Reliquæ pagellæ singulæ, quæ eas, qui-  
bus index est consignandus, sequuntur, nu-  
meris ordine signentur.

4. Pagellæ, quæ indici destinatæ sunt  
literis Alphabeti ordine rursus notentur;

5. Primum quemq; locum, qui incipienti  
hoc opus in lectione privata, aut publica,  
in disputationibus & concionibus occur-  
serit, primæ statim post indicem paginae  
suo titulo inscribat, & illi loco duas  
assignet

assignet pagellas vacuas. Secundum locum  
qui post primum illum occurrit, rursus  
cum suo titulo pagina tertiae post indicem  
inscribat, & huic etiam loco pagellas va-  
cuas vel unicas etiam tantum, propterea latè  
ille locus patet, adsignet, & sic deinceps.

6. Tandem quisq; locus ad indicem est  
referendus, & quidem ad literam illam, à  
quà locus incipit.

Quod si contingat, ut locus aliquis duas  
pagellas sibi destinatas compleverit, in fine  
scribenda erunt isthac: reliqua, huc per-  
tinentia quære hac vel illa pagina: ubi  
tā non rursus pagina isthac in indice no-  
tanda.

Cæterum locis istis non integræ tracta-  
tiones autorum aliorum sunt inscribendæ-  
sed, uti jam modò admonuimus, præcipua-  
rum rerum momenta, ut

1. Loci Scripturarum præcipui, in quibus  
sedes cuiusq; dogmatis continetur.

2. Argumenta Confirmationum cuius-  
libet quæstionis Theologicæ, non rursus  
integra notanda, sed ἀΦορισθῶς duntaxat  
eorum momentis adsignatis:

3. Dicta Patrum insigniora ad locum &  
quæstionein ipsam pertinentia.

4. Objectiones adversariorum, non rur-  
sus

sus integris argumentis, sed syllogismorum duntaxat & responsonum mediis connotatis; ubi tamen semper autor ipse & pagina libri, ex quâ singula hæc petita, annotari debent: ut si forte pleniorem desideremus tractationem, mox constare possit, unde eam petere queamus.

Hæc commodissima videtur ratio instituendi locos cōmunes Theologicos. Quod si tamen aliis aliudvisum fuerit, eos liberter suo sensu abundare patimur, modò virgulam criticam & censoriam in hoc nostrum consilium non prius sibi sumferint, quam periculum fecerint, utra methodus studiosis Theologiæ magis sit profutura.

## OBSERVATIO VII.

### *De Studio Linguae Herbreæ*

Studio hoc succisivum esse debere jūdicamus incipienti. Illis verò, qui jam, in studio Theologico progressi fuerunt, omnino singulis diebus hora ad minimū una, sed pomeridiana, in Hebræis fuerit insu-

menda.

## OBSERVATIO VIII.

### *De lectione Scriptorum adversariorum*

Lectio

Lectio Scriptorum adversariorum ita profuerit, si prius Theologorum nostrorum libellos istis ex professo oppositos probè cognoverimus.

Deinde, si de mto verborum sūco & negleñtis orationiis declamationibus, quæ Calvino cump̄imis & Bellarmino communes sunt, ipsorum adversariorum rationes in formam syllogisticam resolverimus, easque sic nudas examinaverimus: ibi demum nobis vera lux, tam circa doctrinæ nostræ firmitudinem, quam circa adversariæ sententiæ vanitatem, patebit.

### OBSERVATIO IX.

#### *De Lectione S. Patrum.*

In Lectione Patrum ne impingatur, accuratà circumspetione & limato judicio opus fuerit, Proinde studium Theologicum ab eà minimè auspicandum sed sero, parcè, circumspetè, & non priùs illi legendi, quam in studioso Theologiæ, vel potius in ministro verbi, judicium præclarè sit confirmatum, & omnium articulorum, tam quoad thesin, quam quoad antithesin, notitia solidior sit comparata.

Multa enim scripta sub titulo & venerabili S. Patrum pallio obtruduntur Ecclesiæ,

eleſiæ, quæ tamen sunt ſuppoſita, Quia in illis etiam Patrum monumentis, quæ pro orthodoxis vel maximè habentur plurima occurſunt, quæ ad analogiam fidei non quadrant; id quod in Auguſtino, Hieronymo, Damasceno, Cypriano, Origine, Clemente Alexandrino, & reliquis ferme omnibus classicis etiam ſcriptoribus vetusti, ad oculum poteſt monſtrari.

Quâ de cauſâ S. Patrum lectionem illis cum primis judicamus competere, qui jam in publicis docendi muneribus ſunt conſtituti, & judicij ſunt firmitoris.

## OBSERVATIO X.

*De lectione tomorum B. Lutheri & Dn: Phil. Melanchthonis.*

In lectione tomorum Lutheri (quæ tamen Studioſo Theologiæ extraordinaria eſſe, hotiſq; ſucciſivis ab eodem i[n]ſtitui debet,) plurimum profuerit, ſi juniores Theologi poſteriora ejus ſcripta prium legant: quippe quæ exactiſſimo judicio ab ipſo ſunt edita. In prioribus vero ſcriptis ipſe Lutherus plurima deſideravit, ut patet ex praefatione Tomis Wittebergicis præmissa: neq; enim uno momento errores omnes abjecit sed

sed progressu temporis magis magisque in  
puritate doctrinæ coelestis profecit & con-  
firmatus est.

\* Quoad scripta Dn. Philippi, si quis ea le-  
gere, & evolvere voluerit, haud equidem  
reluctari velim: siquidem in illis multa or-  
thodoxa, utilia, salutaria contineri, nemo,  
nisi impius & amens, negaverit.

Interim tamen non quodvis probandum  
& simpliciter accipiendum in iisdem, sed  
exactum judicium adhibendum esse, omnes  
cordati & exercitati Theologi graviter ju-  
dicant.

### OBSERVATIO XI.

Artium liberalium, cum primis Logica-  
rum, repetitionem crebram, lingvarum  
item Græcæ & Latinæ exercitationes fre-  
quentissimas instituere, summè & utile &  
necessarium fuerit ei, qui Theologus esse,  
quam videri, malit.

### OBSERVATIO XII.

Studioſus insuper Theologiæ semper ha-  
beat ad manus librum quendam miscella-  
neorum, cui quotidie inscribat historias,  
sententias, gnomas illustiores item prover-  
bia, adagia, & quicquid in universâ lectione  
privatâ, vel colloquiis etiam atq; ausulta-  
tionibus venustum atque elegans oblatum  
fuerit.

Dd

CON-

## CONSILIIUM

JOH. FORSTERI, SS. Th. D.  
de Studio Theologico ritè instituen-  
do & absolvendo.

## CAPUT I.

*Generale.*

**I**N augustissimo Theologiæ studio tripli-  
cia sese offerunt subiecta: quædam sunt  
utilia: quædam utiliora; quædam utilissi-  
ma, summeque necessaria. Utilissima per-  
tinent partim ad *gewissas*, partim ad *weg-  
en*. Ad *gewissas* necessaria est. 1. Frequens &  
assidua Scripturæ lectio. 2. Locorum com-  
munium cognitio.

Utiliora sunt scriptores Ecclesiastici, qui  
vicissim in quadruplici differentiâ.

Primas sibi vendicat Lutherus cum suis  
tomis. Secundas Ecclesiastica historia. Ter-  
tias Patres. Quartas Scholastici.

Utilia sunt adversariorum scripta.

## CAPUT II.

*De Lectione S. Scripturæ.*

Lectio Scripturæ instituitur vel sine  
Commentariis, vel cum Commentario. In  
lectione minùs accuratâ & sine commenta-  
rio hic modus potest observari. Ex Bibliis  
Germanis

Germanicis primo manè suministrâq; vesperâ bina legantur capita ex scriptis didacticis: cujusmodi sunt in Vet. Testamento. i. Levit. Num. Deuter. Hiob, Psalmi, Proverb. Ecclesiast. Canticum, Sapient. Sirac. Prophetæ. In N.T. Epist. Pauli & reliquorum. Post prandium verò & Cœnam itidem bina capita legendō percurri possunt ex scriptis historicis, qualia sunt in Vet. Testam.. Genes. Exod. Jos. Judic. Samuel. Reg. Chronic. Esther. Nehem. Tobiae, Judith, Maccab. In N. T. historia Evangelica cum Actis Apostolicis & Apocalypsi. Maximè verò & crebrò tenenda est lectio Psalmorum, Proverb. Ecclesiastæ, Cantici, Sapientiæ, Sirac. & Jobi.

Hic quoque notandum, quod singulis è capitibus certa quædam dicta αξιομνησκευτα memoriarum mandanda, utiq; tenaciùs memoriarum inhærescant, crebrò repetenda. Illa verò vel asterisci in margine ostendent, vel libellus Schmugkij, qui dicitur: Bibelbüchlein/vel suum cuiq; judicium.

Lectio magis accurata, & cum Commentario, requirit. i. Ut Scriptura legatur eā ipsā in lingvâ, in quâ primitū literis mādata fuit. Quod ut Studiosus Theologiæ præstare valeat, cognitione lingvarum Dd z instru-

instructus sit necessum est, in primis vero  
linguae Graecae, in qua N. T. memoriae pro-  
ditum extat: Deinde Hebreæ, in qua libri  
Canonici V. T. sunt exarati; & partim etiam  
Chaldaicæ, propter Esdram & 6. Cap. Dan.  
quæ Chaldaico Idiomate constant, nec non  
phrases propter Chaldaicas, quæ alicubi in  
Scripturâ insperguntur.

2. Commentarios, qui annotationibus  
suis eruditis libros Scripturæ explanarunt,  
legat: quò referimus etiam assiduam Pro-  
fessorum Sacrae paginæ interpretum auscul-  
tationem. Inter eos autem, qui in Sacrum  
Codicem fuerunt commentati, delectus est  
adhibendus, nec facilè vel Pontificius vel  
Calvin. interpres legatur à Studio, qui  
nondum est firmati judicii.

Inter omnes vero Commentatores ma-  
xime excellit Lutherus, cui adjungimus  
Chemnicum in Harmoniâ Evangel. cuius  
confirmationem feliciter cœpit D. Polycar-  
pus, itemque D. Hunnium cum suis Com-  
ment. in N. T.

In Prophetas minores extat Commen-  
tarius D. Winckelmanni. In Esaiam D. Ar-  
cularius: In Danielm D. Gesnerus pag m.  
fuerunt commentati. In Pentateuchum D.  
Pelargus; In Psalmos Gesnerus; Implures  
S. Scri-

S. Scripturæ libros Brentius. Omnia autem maximè studio Theologiæ necessaria sunt Biblia Osiandri, in quibus habetur 1. Brevis textus paraphrasis. 2. Præcipuorum locorum communium annotatio. Potest etiam Biblia Tremellii conjungere.

### CAPUT III.

#### *De Locis Communibus.*

Theologia est disciplina informandi hominem peccatorem, salutis æternæ recipiendæ studio, cuius finis consequendi media sunt loci communes. Quo nomine veniunt necessarii religionis Christianæ articuli, qui fundati sunt in Scripturâ. Hinc locus primus de Scripturâ: cui succedit de Deo, ejusque voluntate.

De Deo notanda sunt duo: 1. Essentia. 2. Voluntas. Deus est unus in essentiâ, hinc locus de Deo: & Trinus in personis, hinc locus de Trinitate. In Trinitate, tres sunt personæ, Pater, Filius & Spiritus Sanctus, hinc locus de Spiritu S. Opera Dei consistunt in creatione visibilium & invisibilium creaturarum, earumq; conservatione: hinc ergo articuli de creatione, Angelis, homine, ejus animâ, imagine Dei, libero arbitrio, providentiâ Dei.

Voluntas DEI cognoscitur ex Lege, vel

**ex Evangelio:** hinc locus de Lege & Evangelio.

Lex ostendit peccatum: hinc locus de peccato, eiq; connexis; de causâ peccati, necessitate & contingentia. Evangelium agit de Justificatione: hinc locus de Justificatione. Itemq; locus de fide, qui illius ambitu continetur. Item de Prædestinatione, Sacramentis, Ecclesiâ, Ministerio verbi: tūm de Justificationis effectis, vel de hominis justificati adjunctis, ut sunt 1. Charitas: hinc locus de bonis operibus & tribus vita ordinibus. 2. Patientia, hinc locus de cruce & invocatione. 3. Spes: hinc locus de quatuor hominum novissimis, cujusmodi sunt 1. Mors, ejusq; connexum sepultura. 2. Mortuorum resurrectio. 3. Extremum judicium, quo cum cohæret seculi consummatio, redditus Christi ad judicium. 4. Vita æterna; cujus contrarium infernus & purgatorium. Hi sunt præcipui doctrinæ Christianæ articuli, ad quos omnia, quæ in Scripturis leguntur referri debent & possunt, memoriae & judicii juvandi studio. Quo etiam facit, ut studii Theologici cultor, locorum sistema eo ordine & aptâ singulorum cohærentia, sibi imaginetur, sicut jam monstratum. Quod ut cō facilius consequatur, in locis com-

communibus cognoscendis opera colloceb-  
tur indefessa, idq; partim audiendo Profes-  
sores, partim legendo locorum communi-  
um interpres, qui in dupli differentiâ.  
Quidam tractant οὐνοπληνῶς, ut Hafenreß.  
Margarita Th. Compen. Heerbr. Qui-  
dam διεξαδικῶς, quos inter excellunt loci  
Chemnicii, Thesaurus Vogelii, liber Chri-  
stianæ Concordiæ, illi priùs, hi posteriùs le-  
gendi sunt.

#### CAPUT IV.

##### *De Praxi Theologicâ.*

Praxis Theologica spectat partim vitam,  
partim doctrinam Theologi. De illa alias  
docendi locus ex I. Tim. 3. ubi virtutes mi-  
nistri Ecclesiæ longâ seriè memorantur.  
Praxis verò doctrinæ vel est merè Theologi-  
ca vel Ecclesiastica. Merè Theologica exer-  
cetur concionando, de quo subsequentia  
observentur capita.

I. Exercitium concionandi non differa-  
tur in ætatem proiectiorem, sed in florente  
adhuc juventute, positis jam Theologiæ  
fundamentis, in vero timore Domini, absq;  
omni temeritate, suscipiatur.

II. Conclaves à verbo ad verbum conscri-  
bantur & memoriæ mandentur, idque tūm  
certitudinis, tūm memoriæ, tūm copiæ in  
dicendo comparandæ gratiâ.

III. In primo statim istius exercitiū exordio certa infirmandi conciones methodus adhibetur, de quā à variis varii editi extant libelli. Inter quos maximē eminet methodus concionandi ab Hunnio, Osiandro, Pancratio præscripta: itemq; Rhetorica Ecclæsiastica Keckermannī quæ tamen cum iudicio accuratiori legenda.

In genere de methodo concionandi tenendum est.

1. Ut exordia propositioni vel textui maximē sint accommodata, adeoq; vel à dicto, vel exemplo, vel simili desumpta.

2. Ne Propositio sit multiplex, sed ad summum triplex, & quidem ordinatè ut propositionis partis sint ἀντίστοιχοι, & ordine quodam concinno cohærent.

3. In ἔξηγήσῃ textūs hic ordo observandus:

(1.) Cujusq; partis ἀναδιαιρέσεις subjungantur, vel hac omissâ, paraphrasis.

(2.) Singula ἀναδιαιρέσεως membra ex textu 1. Eruantur 2. Alijs verbis declarentur 3. Confirmantur & amplifcentur 1. Scripturæ dictis. 2. Exemplis. 3. Si obscuritas rei postuleat, similia quoque inspergantur.

(3.) Textu sic declarato, Loci communes

nes eruantur, qui vicissim dictis & Scripturæ exemplis confirmantur.

(4.) Addita tandem applicatione, quo nomine venit demonstrati modi locum cōmūnem ab auditoribus in fide & vitâ ad usum transferendi. In conclusione subjicitur *αἴτιος Φαλαιώσις & Οχὺν*, vel etiam interdum, affectus gratiâ, uno atque altero verbo ex abrupto concluditur.

4. Elocutionem in concionando quod attinet, ea non sit affectata, sed quantum fieri potest, phrasibus Bibliorum Germanicorum constet; vel alioquin propria, perspicua & simplex existat.

5. Quia multum ad dicendum facit imitatio, futurus concionator sibi aliquem, qui in hac re excellit, imitandum proponat, eumq; sedulò & attentè audiat, eaque, quæ imitatione maximè digna, annotet, vel etiam integrum ejus ex ore describat concionem.

6. Nequaquam ex Postillis integras describat cōciones, sed ad methodum jam adumbratam, vel ab aliis præscriptam proprio Marte suas cōciones conformare annitantur. Atque hæc de praxi merè Theologicâ.

Jam paucis etiam de praxi Ecclesiasticâ, quo nomine appello ea, quæ propriè ad

administrationem muneri Ecclesiastici variisque casus, qui inibi occurunt, scitu & cognitu necessaria sunt. De his vero libelli extant peculiares, quorum potissimi sunt  
 1. Agenda Ecclesiastica. 2. Manuale Bidenbachii. 3. Pastorale Lutheri, à M. Conrado Portâ editum. 4. Cōsilia Theologica Bidenbachii. De jure conubiorum vel causis matrimonialibus extat tractatus Beustii, Hemmingii, & utroq; accuratior, Chytræi.

Hactenus de utilissimis; sequuntur utiliora.

## CAPUT V.

### *De Lutherio.*

Hujus scripta tam abundè sapientiâ cœlesti & eruditione Theologicâ sunt referta, ut etiam nonnulli ex Pontificiis, licet ipsi ~~adversarii~~ sint hostes D. Lutheri, affirmare non dubitarint, in uno scriptorum Lutheri folio plus Theologiae inveniri, quam interdum in integro alicujus Patris Codice.

Sunt vero scripta Lutheri duorum generum: quædam dici possunt didactica. *Lutheri schriften* / in quibus vel locum Theologicum ex suis fundamentis eductum declarat: vel textum quendam Biblicum admirabili quædam dexteritate explana~~t~~: partim vero illi-

illius scripta sunt πολεμικὰ ἢ ἐλευπικὰ,  
*Streitschriften* in quibus vel adversus Pontificios, vel Calvinianos acerrimè pugnat. Ceterum inter scripta Lutheri didactica maximè excellit. 1. Ipsius Genesis scorsim edita. 2. Cygnea ejus cantio de ultimis verbis Davidis, quæ habentur tomo 8. German. Inter polemica palmam reliquis præripuit 1. Liber de captivitate Babylonica. Item de Papatu Romano contra Pontificios. 2. Tres ejus libri, omni auro preciosiores, qui continentur in 3. tom. German. contra cœlestes Prophetas. 3. Confessio ejus maior. 4. σερέωμα verborum institutionis (das die Wort noch fest stehen) iisque omnes ac singuli oppositi sunt Zwinglio-Calvinianis, quibus adjungi potest Confessio minor Lutheri tomo 8. Lutherus autem ipsemet postillam suam Ecclesiasticam vocat librum suum optimum in disputando Lutherus ferè observat methodum αἰθλητικὴν. Antequam enim cum hoste cominus congreditur, προγνωστικὸν vel præludi loco præmittere solet quædam quasi πάρεγγα & posteā demum gladium suum edicit, ex Scripturâ in medium proferendo dictum aliquod ponderosum, quo hostem jugulat, ideoque κατ' ὅπλον τοῦ telum illud non

non semel, sed aliquoties hosti infligit, atq;  
hac suâ ratione vim & efficaciam verbi di-  
vini evidentissimè demonstrat.

## CAPUT VI.

*De Historiâ Ecclesiasticâ.*

Historia Ecclesiastica est rerum Ecclesi-  
asticarum enarratio, ab Apostolorum tem-  
pore ad præsentem usque ætatem dëducta.  
Hanc descripserunt ex antiquis Eusebius,  
Socrates, Sozomenus, Evagrius, Nicepho-  
rus, quibus postea successerunt Zonaras, &  
alii, quos inter etiam referuntur concilio-  
rum tomi, quos in brevem σύνοψιν rededit  
Gesnerus. Historiæ verò Ecclesiasticæ com-  
pendium conscripsit D. Lucas Osiander in  
Centurias & certa volumina distributum,  
quæ inde etiam Centuriæ Ecclesiasticæ in-  
scribuntur.

Cæterum in lectione historiarum Eccle-  
siasticarum hæc potissimum capita diligen-  
ter attendi debent. 1. Ecclesiæ propaga-  
tio. 2. Ejus persecutio. 3. Ejusdem inter tot  
Satanæ furores conservatio. 4. Doctores  
Ecclesiastici, qui singulis floruerunt seculi-  
lis. 5. Sophismata & hæreses in Ecclesiâ or-  
tæ. 6. Concilia, quibus hæreses illæ fuerunt  
sublatæ.

## CAPUT

429  
CAPUT VII.

*De Patribus.*

Patres nominantur Ecclesiae Dd. qui à primo post Christum natum seculo, vel à tempore Apostolorum, usq; ad 1000. à partu virgineo annum vixerunt. Distribui possunt in tres classes ratione Concilii Niceni, quod celebratum fuit anno 325. Quarum primæ adscribimus eos, qui ante Concilium Nicenum in Ecclesia docuerunt, suntq; partim Græci, partim Latini.

Ex Græcis ante Concil. Nic. vixerunt hi potissimum septem. 1. Justinus Martyr. 2. Athenagoras. 3. Tatianus. 4. Irenæus. 5. Theophilus Antiochenus. 6. Clemens Alexandrinus. 7. Origenes Adamantius.

Ex Latinis autem hi præcipui quatuor 1. Tertullianus. 2. Cyprianus. 3. Arnobius. 4. Lactantius.

Circa Concil. Nic. floruerunt in primis ex Græcis Athanasius & Eusebius. Ex Latinis verò Hilarius. Post Concilium dictum hoc docuerunt ex Græcis: Basilius, Nazianzenus, Epiphanius, Chrysostomus, Theophylactus, Theodoretus. Ex Latinis autem Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, qui vulgo quatuor patrum columnæ appellantur; quibus, licet in duodecimo

cimo demum seculo floruerit, annumeramus Bernhardum.

*De Lectione Patrum hæc ὁραγγέλμata.  
nemina teneantur.*

1. Judicio D. Hunnii & aliorum, Patrum omnium optimos lectuque dignissimos esse Athanasium, Augustinum, & Damascenum, quibus nos adjungimus Bernhardum.

2. Patres non sunt *ἀὐτόπτοι*, sicut S. Scriptura, sed eatenus tantum fides scriptis eorum adhibenda, quatenus ea sunt analogæ S. Scripturæ, quæ unica est norma & forma articulorum fidei.

3. Ideò nefas est à manifestis Scripturæ testimoniiis provocare ad Patres.

4. Patres tantum faciunt *ῳχλὸν συγκαταψηφίσματον*, consensum Ecclesiæ.

5. In prioribus occurruunt multæ stipulae & nœvi, qui vel commodâ interpretatione ex aliorum scriptis sanandi, vel eorum affectibus aut temporum injuriæ adscribendi, vel charitatis pallio obtegendi.

Oratio de lectione Patrum habetur in tom. i. Chemnitii, digna quæ legatur. Mædullam Theologiae Patrum conscribere cœpit Abrahamus Scultetus, qui labor mere-

tur

tur commendationem. Hoc verò minimè commendandum, quod Calvinianus iste scriptor aliqua Patrum dicta de Personâ Christi & Cœnâ Domini, doctrinæ nostræ Lutheranæ consentanea, in sensum Zwinglio Calvinianum, inexcusabili *ψευδερμηνείᾳ*, detorquet, & proinde etiam cum iudicio legendus est.

## CAPUT VIII.

### *De Scholasticis.*

Scholastici dicuntur ii, qui post Patres orthodoxos seculis posterioribus vixerunt, & præcipue in Petrum Lombardum vel Magistrum sententiarum sunt commentati: quales fuere Thomas de Aquino: Scotus, Gabriel Biel, Durandus, & postremâ hâc ætate Gregorius de Valentia, qui commentarium scripsit, & quod omnibus diris excrandum, Theologiam ferè in Philosophiam, & hanc in illam, impiè transformavit. Vicem illorum omnium supplere potest P. Lombardus, qui systema Theologiæ Ecclesiasticæ conscripsit.

Sequuntur utilia cuiusmodi sunt adver-  
sariorum scripta.

## CAPUT

## CAPUT IX.

*De Adversariorum scriptis.*

In Theologo requirit Apostolus non tantum ut sit *ικανὸς ἐδίδαχαι*, verum etiam ut sit *δικαῖος τὸ ἐλέγχειν τὰς ἀντιλέγοντας*, quod fieri non potest, nisi eorum *ἀντιλογίαν* οὐ πειθεδοδασκαλίαν præcognoscantur. Agmina vero adversariorum, quibus cum hâc tempestate potissimum nobis est digladiandum, duo sunt præcipue;

Alterum ducunt Jesuitæ: alterum Calviniani. Agminis Jesuitici Protagonista est Robertus Bellarminus, qui totam doctrinam Jesuiticam, immenso Codice, in 4. tomos distinctam, & in certa volumina, & controversias vicissim subdistinctas, complexus fuit.

Chemnicius verò libellulo quodam brevi doctrinam istam in compendium rededit, quod capita doctrinæ Jesuiticæ inscribitur. Cum hoc conjungi potest Catechismus Canisii & decreta Concilii Tridentini.

Calviniani agmuis antesignanus est Calvinus, qui suminam doctrinæ suæ comprehendit 4. libris, quos inscripsit Institutiones religionis Christianæ. Syllogen verò doctrinæ Calvinisticæ è variis auctoribus collectus

collegit Schlüsselburgius, quæ Theologia Calvinistica inscribitur. Verum non modo adversariorum Scripta legi expedit, sed hæc cum lectione, ut eorum refutatio conjungatur, necesse est. Et Pontificiorum quidem errores in libro aureo, quem non ita pridem Theologi Neoburgenses Germanico Idiomate conscriptum ediderunt, in quō omnes Pontificiorum & Jesuitarum erroneæ opiniones deteguntur, ex Verbo Dei, Conciliis, Patribus, corpore Canonico, solidissimè refutantur. Itemque Examen Concil. Trid. Chemnitii. Calvinianos peculiaribus editis libellis in præcipuis locis controversis confutavit D. Hunnius. Et quidem 1. in l. de Personâ Christi. 2. In l de Sacramentis. 3. In loco de Prædestinatione. Quibus scriptis verè gemmeis, & si quid gemmis præiosius, nemo ex Theologiae Studiosis carere potest ac debet.

Atque hæc de tribus objectis cœlestis doctrinæ cognoscenda. Jam quâ ratione & ordine in iis Studiosus occupari debeatur, brevissimè quoq; delineabimus.

## CAPUT X.

*De ordine ac ratione, quâ Theologiae Studiosus in objectis Theologiae versari debeat.*

Ee

Primo

Primo anno in utilissimis se exerceat,  
omisis iis, quæ in utroque gradu inferiori  
consistunt.

Secundo anno utilissimis adjungat u-  
tiliora.

Tertio utrisque utilia.

Singulos per dies, secundum horas, in  
discendo hunc potest observare ordinem:  
Usq; ad sextam piis precibus & Bibliorum  
Germanicorum lectioni immoretur.

A sextâ usque ad septimam Scripturam  
legat cum Commentario.

Octavâ & Nonâ det operam audiendis  
Professoribus. Decimâ lectiones repeatat.  
A primâ ad secundam incumbat historiæ  
Ecclesiasticæ: Secundâ lectiones repeatat.  
Tertiâ & Quartâ audiat Professores. Quintâ  
tribuat lectioni scriptorum Lutheri. Ab  
Octavâ usque ad nonam iterum operam det  
lectioni Bibliorum Germ. piisque precibus.  
Cæteris iis horis quibus vel Professores non  
audiat, vel illi non legant, scripta adversa-  
tiorum legendō percurrat.

Die Mercurii disputationem frequen-  
ter, & in S.lingvâ se exerceat.

Die Saturni de Concioine in Evang. Do-  
minicale cogite, vel Commentarium in  
illud legat, Sacraeque lingvæ det operam.

Et

Et quod omnium maximè est præcipuum,  
operas suas omnes invocatione numinis di-  
vini auspicetur; Etenim.

*Nullius est felix conatus & utilis unquam,*

*Consilium si non detg; juvetg; Deus.*

Et Johannis 5. Sine me nihil potestis face-  
re. Affiduè igitur rerum Sacrarum medi-  
tationem exorsari supplicemus DEO ex  
Psal. 119. Aperi mihi, Domine, oculos  
meos, ut videam mirabilia  
legistuæ.

## Brevis Instructio de Lectione Biblica & Locis Communibus.

B.D. BALTHASARIS MEIS-  
NERI, Prælecta mense Martio  
Anno 1640.

**D**uo sunt, quæ in Studio Theologico mi-  
nus rectè institui vulgo solent; i.e. blio-  
rum Lectio. & Locorum Communium col-  
lectio. De utroque obiter tantum mentem  
meam exponam; cætera privatæ collationi  
& aliorum prudentiori meditationi relin-  
quens.

## DE LECTIONE BIBLICA.

Ante omnia comparanda sunt *talia exemplaria*, quibus per dies vite uti velis & possis, cum variatio exemplariorum vehementer turbet memoriam. Quæ in octavo modo habentur, vix semper adhiberi poterunt ob typi exilitatem. Quare tutius esse censeo, si quoad versionem Latinam, utamur editione D. Ofiandri, quæ mundissima & annotationibus referta: quoad Germanicam, Editione Hutteriana, in quarto vel simili: Quoad textum *Hedraeum*, si velis eum solum, Venetianâ editio tūm in quartò, tūm in octavo, habetur pro correctissimâ: si versionem inter linearum desideres, exemplar Auteliense in fol., Pagnini & Ariæ Montani curâ editum, comparare tibi potes.

Porrò quod Lectionem ipsam attinet, duplex esse potest & debet. 1. *Cursoria*.  
2. *Accurata*.

1. *Cursoria* instituatur manè & vesperi, cum aliis pietatis exercitiis, ubi capita aliquot continuè perlegantur sine Versionum & Interpretum inspectione & examine. Ad hanc Lectionem adhibeantur Biblia Germanica, & evolvantur hoc modo. *Libri Historici* cum *Psalmis*, aliisque libris mora-

moralibus, quippe qui facilius intelliguntur, quam Scriptura Prophetarum & Epistolæ Apostolorum.

Ut autem Historiæ Sacræ fortius imprimentur memoriarum.

I. Martinianum memoriale vel simile adhibeatur.

2. Summaria B. D. Hutteri seorsim excusa adjungantur.

3. Præcipue dicta, vel tres notabiles, schedâ annotentur.

Et hæc omnia singulis diebus post prandium repetantur, vel quærendo nos ipsos, vel cum contubernali & amico conferendo. Multum enim facit ad memoriam, si talis tunc versuum, tunc summarum, tunc dictorum & historiarum Biblicarum repetitio, per quæstiones & responsiones, inter contubernales instituatur.

II. Quod autem concernit lectionem Accuratam, huic per diem integra ad minimum hora tribuenda est. Quo modo in primis perlegendi sunt Libri Prophetici cum Epistolis Apostolicis, quibus finitis, ad cæteros etiam libros accessus fieri potest.

Methodus Le-

Lectionis hujus Methodus sit isthæc

I. Inspiciantur versus memoriales & etionis summaria.

accun-

Ee 3

2. Textus taque.

2. Textus perlegatur aliquoties in lingvâ Originali vel Hebraicâ vel Græcâ.

3. Mediteris ipse, quod sit præcipuum capitis argumentum.

4. Brevisimam secundum Canones Logicos & Rhetoricos analysin Instituas & consignes.

5. Probatisimum Interpretem adjungas, & ejus Commentarium diligenter perlegas.

6. *Dubia in textu occurrentia per plam meditationem*, & interpretis lectionem, adhibitis etiam concordantiis, unde vocum significations genuinæ facile possunt hauriri, enodentur, simulque dicta annotentur, quorum usus est, tūm contra adversarios, tūm in Concionibus, hoc est, quæ faciunt, vel ad fidem confirmandam, vel ad pietatem excitandam. Semper igitur aliquot paginæ uni capiti sunt tribuendæ, in quas scribatur. 1. Argumentum. 2. Analysis. 3. Vocum Hebraicarum & Græcarum evolutione, si quedam difficultas incidat. 4. Præcipua dubia cum responsonibus. 5. Dicta ipsa, quæ volumus memorie infigere. Hac omnia brevissimis verbis consignentur, ut parcatur tempori, & consulatur memoria. Hoc autem pacto per septimanam vix duo aut

aut tria poterunt absolvī capita, si unām  
duntaxat horam per diem isti velis studio  
impendere. Et si maximē non absolvatur  
hæc lectio in Academiis, continuari tamen  
poterit in officio. Præstat enim incepisse,  
quām nihil fecisse, vel sine certā methodo,  
erronis instar, hinc inde circumvagari.

## II.

*DE LOCIS COMMUNIBUS*

*ritè instituendis.*

Loci Theologiei nihil sunt aliud, quām  
omnium rerum sacrarum in studio Theolo-  
gico occurrentium collecti fasciculi. Nemo  
igitur sibi imaginetur, se intra annum vel  
biennium posse tales locos absolvere. Fu-  
sius est studium nostrum, quām ut tanta  
temporis angustiā finiri queat. *Vix quin-*  
*quennium aut sexennium sufficit.* Præstat ta-  
men & hīc incepisse, quam penitus negle-  
xiſſe. Quæ inchoantur in Academiis, per-  
texi possunt in officiis.

Sciendum verò est, quod duplices Loci  
Communes Theologici possint confici. 1. *Præ-*  
*dicti.* 2. *Theoretici.* Ibi materiæ homiliticæ;  
hīc controversiæ colliguntur: ibi moven-  
di sunt animi auditorum; hīc convincendi

sunt animi auditorum; hic convincendi & convertendi sunt Hæretici.

*Loci Practici.* I. *Locos Practicos* quod spectat, studiosus tantum temporis non habet, ut illos confidere accuratè possit. Quare hoc erit optimum, ut vel confusè tantum annotentur, secundum titulos Alphabetarios (prout factam in Polyanthéâ Langii) quæ audiuntur in concionibus. Possent igitur tituli ex Polyanthéâ describi, ut ad illos referatur, quicquid in Concionibus memorabile observatur, vel si in aliorum lectione privatâ quidam, eò pertinens, occurrat. Nec abs re sit, si conciones Dominicales breviter excipiuntur, dispositio cum rebus annotetur, semperq; spatiū relinquatur, ut annis sequentibus novæ dispositiones possint adjungi. Ita per triennium, si quis in nostrâ moretur Academiâ, magnum sibi thesaurum poterit colligere, nimirum sex distinctas Evangeliorum expositiones, si utramque Concionem, quæ in templo arcis & Parochiali habentur, vel excipiat, vel domi annotet. Exemplum verò Locorum Moralium plenè tractatorum vide apud Heralidum vel Periletum Tiraldum in summâ virtutum & vi- tiorum (quæ nuper Coloniæ Agrippinæ prodiit in quarto.)

Metho-

Methodus breviter hæc esse potest, ut si ad fidem, vel quamvis aliam virtutem hortari, aut à vītio dehortari volumus, colligantur 1. Germanicæ formulæ loquendi emphaticæ, & ad movendum accommodatae. 2. Dīcta Biblicæ efficacissima & penetrantia. 3. Dīcta Patrum. 4. Dīcta Prophanorum. 5. Exempla. 6. Allegoriæ. 7. Similitudines. 8. Miscellanea persuasioneis argumenta. Ad quorum locorum collectionem quantum temporis requiratur, quis non intelligit? Hæc verò colligi possunt ex commentariis Nostratium, ex Postillatoribus, ex Harmoniâ Chemnitii & Lyseri, ex Enchiridio locoru Marlorati, ex operibus Granatensis (qui Pontificius est) ex Promtuario morali Stapletoni: ex Concordiâ Evangelicâ Barradii, & Dictionario pauperum.

II. Porrò quod attrinet locos Controversiarum, quos vocavi Theoreticos, duo præcipue in vulgato colligendi modo merentur summam reprehensionem:

1. Quod multi putant, omnibus controversiis unum volumen compactum esse tribuendum. Quis enim in disputationibus hujusmodi corpus circum portabit? Et sæpe controversiæ uni tantum spaciū non attribuiuntur, quantum in tractatione postmodum

requiritur. Quare optimum est, ut singulis controversiis tribuantur distincti quaterniones aut octerniones, iisque non compacti, sed tantum literis Alphabetariis notati, ut semper plures possint vel interseri, vel in fine adjungi: sitque spatum, si quædam porrò annotanda, occurrerint.

2. *Quod censent, locos controversiarum per titulos Alphabeticos esse disponendos, & quicquid legitur vel auditur, ad istos titulos esse referendum,* Confusissimus hic modus est, ubi miscentur Theoretica & Præctica: controversiae non tractantur plenæ, sed tantum portiunculæ habentur sine ordine & judicio conglomeratæ. Quocirca nemo putet se locos Theologicos conscribere, quando magnum quoddam volumen habet, in quo ad titulos Alphabetarios exscribat iisdem verbis, quæ in lectionibus audit, vel in auctoribus legit. Centones hi sunt, immo nisi dispersæ particulæ. Nequit enim ex aliis auctoribus quicquam utiliter colligi, nisi controversia jam ante sit tractata, vel ad minimum delineata. Quod ut fiat, indefesso labore, multo tempore & vigiliis opus est. Non omnes capiunt verbum hoc, quia nec ingenii, nec sumtuum, nec temporis

poris ratio omnibus id permittit. Multi  
subsunt in Compendiis & Postillatori-  
bus: Hic autem cum in formo, qui in Theo-  
logum perfectum vult evadere.

Qui ergo tentare volunt, hanc metho-  
dum observent:

I. Evolvenda sunt Compendia Theo-  
logica, ut *D. Leonhardi Hutteri, Hafennrefferi,*  
*Herbrandi*, & illa per crebram repetitionem  
nobis debent esse familiaria, ut cognitio  
quædam generalis & confusa rerum Theo-  
logicarum habeatur.

II. Labore isto exanthlato ipsi locorum  
collectioni & conscriptioni manus admo-  
venda est. Aquâ autem controversiâ sit in-  
ciendum, nō multum adeò refert: Omnes  
enim pertractandæ sunt: Eligat hic quivis,  
prout ad hanc vel illam fertur, vel prout  
hujus vel illius cognitio ipsi p̄æ aliis est ma-  
gis necessaria. Si placuerit, initium fieri potest  
à Controversiis Calvinisticis, cum illarum non  
sint adeò multæ; post accedat ad Jesuiticas  
tertiò ad Photinianas; quartò ad Anabaptisti-  
cas &c.

III. Collector non alio animo accedat,  
quam si peculiarem ipse Tractatum de con-  
troversiâ illâ velit conscribere.

IV. Quo-

**IV.** Quocirca duos vel tres ad summum auctores ex nostris adhibeat, qui plenè tractarunt istam controversiam, ubi fideli semper consilio est opus, ne in autoribus eligendis erreterentur. Tempus non patitur, ut per singulas controversias auctorum legendorum nomina consignem, ideoque privatæ collationi hoc reservo.

**V.** Auctores hosce tres percurrat brevissimè, tantùm titulos & modum tractandi inspiciendo, notetque in peculiari paginâ, ubi hic vel ille proponat statum Controversiarum, ubi recenseat argumenta Confirmationis, ubi ad Objectiones adversariorum respondeat, ut statim invenire possis, quando in ipsâ collectionis operâ versaris.

**VI.** Post rerum mediteris de convenienti dispositione, quæ ex præcipuarum quæstionum ex istis autoribus decerptarum annotatione facile inveniri potest, vel si hæreas, consilium pete, aut sequere methodum illius Auctoris, qui videtur omnium esse optimus & magistralis. Potest autem Controversia tota, vel in Partes, vel in Capita, vel in Quæstiones aut Sectiones aut membra distingui: nihil enim

enim refert, quo nomine membra divisionis appellites.

VII. In ipsâ speciali Questionum per tractatione.

1. *Γενικῶς* proponantur status Controversiæ, ubi sententia nostra declaranda, & antithesis ipsorum Adversariorum verbis annotanda est.

2. Ex auctoribus illis colligantur præcipua Confirmationis argumenta nervusque illorum brevissimis, & quantum poterit fieri, tuis verbis exprimatur: si enim auctorum dictiones omnes retineantur, tædiosum hoc nimis, nec ~~quād~~ collectio esset, quād exscriptio

(Argumenta verò ista in tres semper Classes possunt dispisci 1. in dicta S. Scripturæ. 2. Rationes ab Analogiâ fidei, & 3. antiquitatis testimonia, simulque apponi debent exceptiones, si quas Adversarius protulerit.)

3. *Expeditâ confirmatione* *Γεωργία* nostra accedatur ad cavitatem, & si fieri potest, præmittantur generales distinctiones & resolutiones pro solutione argumentorum & objectorum. Deinde in specie respondeatur ad ipsorum Argumenta ex SS. Scripturis & ratione,

ubi mediteris primum, quid tu putes respon-  
 dendum esse; post ex auctoribus illis tribus re-  
 sponse colligas, & certis ac significantibus  
 terminis, sifieri queat, breviter includas. De-  
 clarabo hoc Exemplo. Si colligere velis  
 Locum de Persona Christi; poteris illum in  
 capita octo distinguere. (1) Sit de Divini-  
 tate λόγος quæ demonstranda est SS. Scri-  
 pturæ dictis, rationibus & testimoniis con-  
 tra Arianos. (2) De Humanitate, cuius  
 veritas vicissim afferenda. (3) De unione  
 personali, ubi removeantur modi falsi, ex-  
 primaturque vera ac realis istius ενώσεως dif-  
 ferentia. (4) De Communicatione Natu-  
 rarum, & prædicationibus Personalibus  
 inde resultantibus. (5) De Communicatio-  
 ne Idiomatum in genere, ejusque tribus  
 distinctis gradibus. (6) De primo genere  
 Communicationis. (7) De secundo, (8) De  
 tertio, quid vicissim in distincta membra  
 dispescatur, ut nempe demonstretur κοινω-  
 νία omnipotentiæ, omnipræsentientiæ, omni-  
 scientiæ &c. (9) De distinctis Christi stati-  
 bus, Exinanitione & Exaltatione, quæ facta  
 per Ascensionem & Sessionem ad dextram  
 Patris. In primâ collectione adhibeantur  
 Hunnius in libellis quatuor, De Personâ  
 Christi: D. D. Hutterus in Formula Con-  
 cordiæ

cordiæ: Lælius contra Bellafminum, & Tomus i. Locorum Theol: Gerhardi. Par modo procedendum est in controversiis reliquis.

VIII. Absoluto ita Articulo, in fine per theses addi potest brevis recapitulatio præcipuorum contentorum, ut memoriæ fortius insigantur.

IX. Percutrantur alii auctores, præter istos, ex quibus primūm collegimus, & si quid novi observetur, prioribus collectaneis addatur, & sic tandem perfectum prodibit opus Locorum Communium.

Hæc colligendi ratio laboriosa quidem est, optima tamen & maximo cum fructu conjuncta, præsertim in disputacionibus. Nam si locum quendam dictâ ratione conscripseris, per biduum aut triduum illa repetere potes, quibus hinc inde cognoscendis multas alii septimanas insument. Prærequiritur vero judicium aliquod, & cognitio generalis Theologiae, in primis lingvarum & Philosophiae. Quæ studia nisi præmissa sint, nihil laudabile efficies. Qui ergo adminiculis istis & tempore destituuntur, illos compendiis vel aliorum locis, quales sunt Chemnitii, Hunnii,  
Gerhar-

*Gerhardi &c. contentos esse oportet, satisque erit, si modò istos sibi familiares reddiderint; Qui verò ad colligendum animum appulerint, lectiones ob id non negligantur, ne àvididantur sint, adeoque addidantur. Istud oportet fieri, sed hoc non debet omitti, & plerumque insipiuntur, qui sibi soli sapiuntur.*

*Verum hæc de generali collectionis Methodo sufficiantur; specialia privatæ collationi aliisque temporis reservamus.*

*F I N I S.*



